deo. Si autem videres quae intro sunt. quid eras victurus? Dicebant de Joanne minore Thebaida. qui fuit discipulus abbatis Antonii. qui duodecim annos fecerat in misterio. serviens seni in infirmitate eius: et per hoc sedebat super matram. Senex vero convalescebat pro eo. Et cum multum laborasset cum illo: nunquid dixit ei. sanus esto. Quando autem iam moriturus erat. residentibus senibus loci. tenuit manum eius. et dixit. Sanus sis. sanus sis. sanus sis. Et tradidit eum senibus: dicens. Hic angelus est. non homo. Dicebant de abbate Isidoro quia erat in scitim qui figos habuisset fratri infirmi aut pusillanimi aut iniuriosi. et volebat eum expellere foras. ille dicebat. Adducite eum ad me. Et apprehendens eum. patientia sua curabat animum fratris illius. abbas Macharius in egipto positus invenit hominem qui adduxerat animal. et rapiebat quod habebat. Ipse vero ut peregrinus ostitit furi et adiumentabat eum ad animal onerandum: et cum omni quiete deduxit eum: dicens ei semetipso. Nihil intulimus in hunc mundum: sed dominus dedit. et sicut ipse voluit ita factus est: benedictus in omnibus deus. Facta aliqui congregatione fratrum in scitim cum voluisset senex probare abbatem moysem contempserunt eum dicentes. Ut quid iste ethiops in medium nostrum venit? Ille autem audiens tacuit. Cum vero dimissus fuisset conventus: dixerunt ei ibi quia iniuriose eum tractaverunt. Nec modo non eos turbamus? Et ille respondit. Turbatus sum: et non sum locutus. Pafnutius frater abbatis pastoris habuit esse secum cum quodam monacho ex cella sua. Abbas autem pastor nolebat hoc. Qui cum surgens iuit ad abbatem simonem: et dixit ei. Frater meus Pafnutius habet cum quibusdam assecutum quod ego non libenter fero. Dixit ei abbas simon. Abbas pastor ad huc vivis: vade in cellam tuam. et pone in corde tuo quia iam annum habeo in sepulchro. Dixit abbas pastor. Olim laboravi quicquid evenerit mihi: et taciturnitate superavi. Quidam frater lapsus ab alio fratre venit ad abbatem Isaac thebeum: et dixit ei. Ecce ille a quodam fratre

volo me ego vindicare. Senex autem rogabat eum dicens. Noli fili: sed dimitte magis deo vindictam. Ille autem dicebat. Non quiesco. donec me fortiter vindicavero. Dixit autem senex. Quia hoc semel statuisti apud te surge oremus. Et surgens senex: dixit. Deus iam nobis non es necessarius: quia nos ipsi et volumus et possumus nos vindicare. Hoc autem audiens frater. cecidit ad pedes senis illius dicens. Ignosce mihi. Quidam videns quendam religiosum portantem mortuum per lectum: dixit ei. mortuos portas vade. et invenies portas. Dicebat quidam monacho. quot quot appetisset aut exacerbasset eum: tantum magis ille ad eum concurrebat: dicens. Quia humanum causa boies corrigunt. ab his qui in conversatione studiosi sunt. Nam qui eos beatificant magis confundunt alios eos. Seriptum est enim. Quia qui beatificant vos. seducunt vos. Venerunt aliquando latrones in monasterium cuiusdam senis: et dixerunt ad eum. Omnia quae in cella tua sunt: tollere volumus. Et ille dixit. Quantum vobis videtur tollite filii. Tulerunt ergo quodcumque invenerunt in cella senis: et abierunt. Oblitus fuit autem ibi sacculum quod erat absconditum in cella. Senex vero tollens eum. secutus est eos clamans et dicens. Filii tollite quod oblitus estis in cella. Illi vero admirantes patientiam senis: revocaverunt omnia in cellam eius. et penitentiam egerunt omnes ad invicem dicentes. Vir vere homo dei est.

Fratres quidam venerunt ad quendam senem sedentem in deserto loco. et invenerunt foris extra monasterium puerum pascentem pecora et loquentes verba quae non decebant. postea vero viderunt senem et indicaverunt ei cogitationes suas: et de responsione eius se profecisse senserunt. dicunt ei. Abba quomodo acquiescis tecum habere pueros istos. et non precipis eos ut constringantur. Et dixit senex. Credite mihi fratres vicos habeo multos et quos volo eis precipere. et redarguo meipsum dicens. Si hoc parum non portavero. quomodo maiorem temptationem si permiserit mihi

vno inferre petere possum. Et postea rogabat eum dicens: Vt fiat cōsuetudo postea ea que supervenerit. Narraverunt de quodam senē qui bac vente puer iuuenē cohabitantem secum: videns eum quia fecerit opus quod non expediebat ei dixit ei semel. Non facies hanc rē. Et ille nō obediuit ei. Hoc autem senex videns. abiecit de cogitatione sua curam illius: et dimisit puerum iudicium super ipso. Puer autē claudit ostium celle in qua erāt panes per tres dies: et omisit senem iuuenē: non visus ei senex. vbi ergo quid facit forte: habebat autem vicinum senem. qui cum agnouisset ex tarditate pueri ille fecit pulmentū modice: et vocabat ei per parietem: et rogabat vt gustaret. Et dicebat ei: Quid tardat frater ille forte? Senex vero dicebat. Qui ei vocauerit. reuertetur. Narraverunt aliqui. Quia philosophi quidam aliquando voluerunt probare monachos: venit vnus monachus transiens stola indutus et bene vestitus: Et dixerunt ei philosophi. Tu vēni huc monache. Ille vero indignatus iniurie agressus est eos. Trāsiit et alter monachus. magnus rusticus genere: ipsi dixerunt ei. Tu mōache male senex veni huc. Ille vero cursum venit: et cepersit ei alapas dare. Ille autez cōuertit ei aliam maxillā. Statim vero philosophi illi surrexerunt: et adorauerunt eū dicētes Vere hic ē monachus. Et sederunt cū sedere i medio sui. et interrogauerūt eum dicētes. Quid ē quod plus facitis nobis i solitudine illa? Ieiunatis et nos ieiunamus. Laborātis corpora vestra. Et nos castigamus. Sed quicqd aliud facitis: et nos facimus. Quid ergo plus facitis nobis sedentes in deserto? Respōdit eis senex. In gratia dei. Omnis nostre mentem nostrā custodiem⁹. Et illi dixerūt ei. Nos hoc custodire nō possumus. Et edificati: admirati sūt eū Senex quidam erat habens probatū discipulū: quem aliquando cōsultans expulit foras. Ille vero expectabat sedens foris. Et aperiens senex ostium inuenit eum: et penitentiam egit apud eum dicens. Ab hodierno die tu pater meus. quoniam bonitas et patientia tua vicit pusillanimitatem animi mei. Veni ergo intus. iam enim tu pater et senex ego autem iuuenis et tuus discipulus: quoniam opere tuo superasti senectutem meam. Dicebat quidam senum q audierit ab aliquo viro sancto esse iuuenes: qui ducatum prebeāt senibus i vita istam: narrauit dicēs. Quia erat quidam ebriosus senex. et operabat vnam mattam in die: et vendebat eam in vicino vicos: et bibebat quod accipiebat ō precio eius. Postea ergo venit ad eum iuuenis quidam frater: et manebat cum ipso qui similiter operabatur: et ipse mattā vnā Tollebat autem senex: et vendebat: et ambarum mattarum precium expendebat in vino. Illi autem fratri afferebat tantūmodo modicum panis ad vesperā: Et cuz hoc triēnio iugiter faceret. nihil locut⁹ est frater ille. Post hec vero dixit frater ille in semetipso. Ecce nudus sum: et panez cū egestate comedo. surgam ergo et discedā hinc. Iterum autem cogitauit i semetipso dicens. Ubi habeo ire? Sedebo hic. Ego enim propter deum sedebo in hac vita cōmuni. Et statim apparuit ei angel⁹ domini dicens. Nusq̄ discedas veniemus enī ad te eras. Et rogauit frater senem dicēs Non discedas hinc alicubi. quia venient hodie mei tollere me. Cum ergo facta esset hora qua solebat senex descendere ad vicum dixit fratri. Non venient hodie filii: iam enim tarde est. Et ille dixit ei. Omnino scias quia venient. Et dum hec loqueretur: dormiuit in pace. Senex autem flebat: dicens. Deus deus me fili: quia multis annis sub negligentia vixi: tu autem parvo tempore saluam fecisti per patientiam animam tuam. Et ex illo die factus est senex sobrius et probatus. Dicebant de quodam⁹ fratre: qui seni cuidam magno vicinus erat. quia ingrederetur et raperet quicquid habebat senex in cella sua. Videbat ille senex. et nō obiurgabat eum: sz exprobrabat sibi sz⁹ solito mihi⁹ operari videl. Credo op⁹ habz iste sz. Et exigebat a se

maiorē solito laborē: et astringebat ventrē suum: vt cum indigentia comederet panez suum. Cum autem mori cepisset senex ille circumstetерunt eum fratres: et respiciens in eum qui furabatur: dixit ei. Junge te huc ad me: et tenuit: et osculatus est manus eius dicens. Gratias ago tibi mihi⁹ frater: quia propter ipsas vado ad regnum celoz. Ille autem compunctus: et penitēriam agens factus est: et ipse probatus monachus exemplum sumens de acrib⁹ magni senis illi⁹. Fuit quedā meretrix nomine Thais tante pulcritudinis. vt multi propter eam vendidis substātias suas: pene ad vltimam pervenirent paupertatez: et ama tozes sui pre zelo limbus inter se consertis frequenter pugilū lumina sanguine tumenti replebātur. Quod cū audisset abbas Papbucius sumpto habitu seculari: et vno solido. profectus est ad eam ad quandam ciuitatem egypti: dedit eq ei solidum quasi pro mercede peccandi. Illa accepto precio ait illi. Ingrediamur domum. Cum autē eēt: et lectum pocciosis vestibus stratum ascēdere inuitaretur: dixit ad eam. Si est interius cubiculum in ipsius camus. Illaq⁹ dixit. Est quidem cubiculum vbi nullus ingreditur. sz deo non ē locus qui diuinitus eius oculis absondatur. Quod cuz senex audisset: dixit ei. Et scis esse deū? Cū autem respondisset se scire deum: et regnū futuri seculi necnon: et tormenta peccatorum. Dixit ei senex. Si ergo hec nostis: curas animas perdidisti. vt non solus pro tua. sed et illoz animabus reddita ratiōe damneris? Illa vero hec audiens provoluta ad pedes abbatis papbūtii exorabat dicens. Scio esse penitentiaz pater. et confido remissionem peccatoruz sortiri te exorante. Tantum peto tribue bonis induri ea. vt post hoc vbi iusseris ad te veniam: et quodcūq⁹ preceperis faciam. Cumq⁹ lo cum illam abbas constituisset quo venire deberet: illa collectis omnibus quecunq⁹ ex peccato susceperat: perlatisq⁹ in mediā ciuitatem combussit: clamās. Venite oēs qui peccastis mecum: et videte quomodo ea que mihi contulistis exuram. Erat autem precium eorum bonorum quadringentarum librarum auri. Cumq⁹ omnia consumpsisset in locum quem ei abbas cōstituerat perrexit. Quam ille reperto virginum monasterio ā cella parua claudēs ostium celle plumbo signauit paruamq⁹ fenestram reliquit per quam ei victus modicus inferretur. iussitq⁹ omnibus diebus parum panis et paululū aque a ministris ministrari. Cum autem senex ostio plumbato discederet ait Thaio. Quo iubeo pater vt ex naturali meatu aquam meam fundaz? At ille respōdit. In cella. Sic enim vigna eo. Cum iterum quemadmodum deum deberet orare inquireret. Dixit ei senex. Non es digna nominare deum neq⁹ in labio tuis nomen diuinitatis imprimere. sed nec ad celum manus expandere: quoniam labia tua iniquitate sunt plena et manus tue sordibus inquinate: sed tantummodo incumbens contra orientem aspice hunc sermonem semper iterans: q⁹ me plasmasti miserere mei. Cuz ergo tribus annis ita fuisset inclusa. condoluit ei abbas Papbutius: et mox pro fectus est ad abbatem Antonium vt ab eo requireret: si remisisset illi deus peccata an non. Cum ergo causam rei narrasset conuocatis discipulis suis abbas Antonius precepit vt illa nocte omnes vigilarēt et in oratione persisterent singulis: quatenus vni alicui ex his declararet deus causam pro qua abbas Papbutius venerat. Cum ergo singuli secessissent: et incessanter orassent abbas Paulus maior discipulus beati antonii abbatis. vidit subito in celo lectum pocciosis vestib⁹ adornatum quem quatuor virgines clara facie custodiebant. Cumq⁹ Paulus intrasse diceret. Non est hec gratia alterius nisi patris mei Antonii: vos ad eum venite facta est⁹ patris tui Antonii: sz Thais meretricis est. cū enim mane facto abbas Paul⁹ retulisset: cognita dei voluntate abbas papbutius cum gaudio discessit. Perrex⁹ ad mōast. riū in q̄ erat inclusa: ostiū

quod obstruxerat dissipauit. Illa vero pe
nebat vt adhuc permaneret diutius inclu
sa. Cum vero aperuisset ostium virtu-
Egrederet quomodo deus dimisit tibi pec
cata tua. Illa respondit. Dicit deus quo
niam ex quo hic ingressa sum ex omnibus
peccatis meis feci velut sarcinam: et statui
ante oculos meos. Et sicut non discedit
ambulat de nardo incio vna hora. sic nec
discesserunt peccata mea ab oculis meis
sed flebam illa semp considerans. Cui ab
bas respondit. Non propter penitentiā tuaz
dimisit tibi deus peccata tua: sed qa semp
hunc timorē habuisti in animo. Et cuz cū
inde edutisset: quandocum dicos superuenit
tanctū et quieuit in pace. Quidaz frater
sedebat in cella in egypto: magna humili
tate preditus. Habebat autē fornicem i ci
uitate meretricem. que multos animabus
perditis fuerat. Frequenter ergo mone
bant senes fratrem illuc ire. vix potuerunt
ei persuadere vt veniret ad earumquatenꝰ
per admonitionē eius posset peccatuz qō
per eam fiebat terminari. Dum ergo veni
ret ad locum quidā ex notis videns eum:
precessit et nunciauit mulieri dicens. Ecce
frater tuus venit ad te hodie. Illa aūt
pre gaudio relictis amatoribus suis quib⁹
ministrabat: caput discooperto ad occur
rendum fratri egressa est. Et cum vidisset
eum: dum temperaret illum amplecti dixit
ei ille. Soror mea carissima: parce mihi ante
tuc: qm̄ propter te multi percunt. Conside
ra quanta habes tormenta preparata: nisi ci
to penitere festinaueris. Illa autem cōtre
mens dixit ad eum. Et scio frater. quia
est mihi salus: vl' quomodo? Cui ille dixit.
Si volueris: adhuc salus tibi est. Illa aūt
lacrymans se ad pedes fratris sui petebat vt
eam secum duceret in desertum. Cui frē
suus dixit. Vade et cooperi caput tuum et
sequere me. Cui illa respondit. Eamus ait
velociter. Opertet enim me deformare:
et meos homines post⁹ nudo capite deam-
bulare. Ego in officinam peccati mei iterum
ingredi. Dum autem pariter ambularēt
monebat eam frater ad penitentiam. Vi-
dens autem ille: quia quidam fratres ob
uiarent ei: dixit ad eas. Quoniam nec vō
omnes sciunt: qz soror mea ita: parū de via
recede: donec illi transeant. Quod cuz fe
cisset: postq̄ transierunt illi vocauit eam
frater suus dicens. Veni soror mea eam⁹
viam nostram. Illa autem non respondit
ei. Perquirens ergo ille. inuenit eaz mor
tuam: et vestigia pedum eius plena san gui
ne. Erat enim discalciata. Tunc ille siens
et cuncta nūciauit seniorib⁹ patrib⁹ oīa
que facta fuerant. At illi contendebāt in
ter se de saluatione ei⁹. Manifestauit au
tem dominꝰ vni senū de ipsarū: qz nulla cu
ra illi fuit de re corporali: sed vt propitiuz
vlnꝰ sanaret neglexit omnia huius: suspi
rauit grauiter. et flenit pro peccato suo: p
pterea suscepit deus penitentiam eius.

Explicit liber de penitentia
Incipit liber de Caritate

Frit abbas Anto

nius. Ego iam non timeo deum
sed amo: quia amor sorte mittit timorem
Dixit iterum: quia de proximo est vita et
mors. Si enim lucramur fratrem: lucra-
bimur christum. Si autem scandalizam⁹
fratrem in christū peccamus. Abbas ō
mon de loco nitrie venit ad abbatem an
thonium: et dixit ei. Video quia maiorem
laborē ego tu sustinco. et quomodo nomen
tuum magnificatur est in hominibus sup
me. Et dixit ei abbas antonius. Quoniā
et ego diligo deū plus ego tu. Venit ali-
quādo abbas hylarion de palestina ad ab
batem antonium in montem: et dixit ei ab
bas antoni⁹. Bene venisti lucifer: qui ma
ne ozris. Et dixit ei abbas hylarion. Pax
tibi columna lucis: qui sustines orbem ter
rarum. Dixit abbas marcus abbati ar
senio. Quare nos fugis? Et dixit ei se-
nex. Scit deus quia diligo vos: sed nō pos
sum esse cum deo et hominibus. Superi
orum enim virtutum milia et milium mi
lia vnā habent voluntatē: hīt homines autē
multas voluntates. Nō possuz ego deū di
mittere: et venire et eē cū hoib⁹. Dixit ab

bas agathō. Quia sm̄ voluntatē meā nūq̄
dormiui: neminē in corde meo odiui: quēq̄
aduersus aliquē mentē habui: nemini vomere ali
quem habentem aduersum me aliquid.
Ascendente aliquādo de scithi abbate Jo
anne cum aliis fratrib⁹ errauit qui eis du-
catum prebebat in via. Erat enim nox: et
fratres dixerunt abbati Joāni. Quid fa
ciam⁹ abba: quia errauit frater iste de via
ne forte moriamur errantes? Et dixit eis
senex. Si dixerimus ei aliquid contristabit.
Sed ecce facio me ipm quasi defunctū: et
dico me non posse ambulare: sed taceo hic
vsqz mane. Et fecerunt sic. Sed et residui
dixerūt. Nec nos ibim⁹: sedebimus tecū.
Et sederunt vsqz manerie obiurgarent
fratrem illuz. Senex quidā erat in egy
pto amīcꝰ venit illuc abbas pastor. Ille
autez senex habebat notitiam hominum:
et multuz honorez. Cum ergo ascendisset
abbas pastor de scithi cum suis dimisērūt
homines senez illum: et venerunt ad abba
tem pastorem. Ductus autē inuidia senex
male loquebatur de eo: Hoc audiens ab
bas pastor contristabatur: et dixit fratrib⁹
suis: Quid faciemus de sene isto magno:
quia nos in tribulationē misērūt homes
derelinquentes senē. et ad nos qui nihil si
mus attendentes? Quomodo ergo possu-
mus sanare eum? Et dixit eis. Facite ali-
quid ad gustandum: et tollite vasculum vi
ni et camus ad eum: et simul gustemus: fo-
sitan per hoc possimus sanare animū ei⁹.
Tulerunt ergo quos parauerant cibos:
et pretexerunt ad eum. et cū pulsasset osti
uz: respondit discipulus eius dicēs. Qui
est hic. et illi dixerunt. Dic abbati tuo quia
abbas pastor est: desiderat benedici per
vos. Hoc autem nunciāte ei discipulo ei⁹
ille mandauit dicens. Vade qz mihi nō va
cat. Illi aūt persecuerantes in camore di
xerunt. non discedimus nisi meruerimus
benedictionem senis. Senex autez videns
perseuerantiam eoz et humilitatē cōpū-
ctus aperuit eis: et intrantes gustauerūt
cum eo. Cū vero manducarēt dixit senex
In veritate dico minus est quod audiui
ō vobis: centuplū eius est quod video in
opere vestro. Factus est ergo sic amicus
et illo die. Dixit abbas pastor. Conare se
cundum virtutem tuam. nulli omo face-
re malū: et castū seruabis cor tuū cuz ol bo
mine. Iterum dixit. non est aliquid minus
in dilectione qui vt alam suā ponat qz pro
primo suo: Etenim siqs audiens sermonē
tristē cū posset ipse id facere: et cito
sustineat: et non contristet eum. vel etiam
si lesus in re aliqua pariter tulerit nō re
tribuēs tristitia atqz iudem se eo modo
huiusmodi bō alias suā ponit p primo suo
Contigit aliquando abbatem pambo iter
cum fratrib⁹ in partes egypti facere: et vi
dens qdam seculares sedentes dixit eis.
Surgite: et salutate et osculamini mona-
chos vt benedicamini. frequenter enim
cū eis loquuntur: et sancta sunt eorum. Di-
cebāt de abbate papbūno quia non cito
bibebat vinū. Aliquando aūt in itinere
ambulans. superuenit in compētū latronū
et inuenit eos bibentes. Cognouit autem
eum qui erat primus latronum. et sciebat
quia non biberet vinū: Uadēs ergo eum
de multo labore impleuit calicem vini et
alia manu tenuit gladium euaginatum: et
dixit seni. Si non biberis occidam te. Se
nex vero sciens quia mandatum dei vult
facere et volens eum lucrari. accepit et bi
bit. Ille vero princeps latronū penitentiaz
apud cū egit dicēs. Ignosce mihi abba.
quia cōtristaui te. Et dixit ei senex Credo
i deo meo quia per hunc calicē faciat mi-
sericordiam tecum et in hoc seculo et in fu-
turo. Et respondit latro. Et ego credo in
deo quia sīmodo non faciaz alicui quicq̄
mali et lucratus eē senex omne collegium
illorum latronum. per id quod se propter
deum dimisit voluntarie. Dixit ab
bas hyperitius. Eripe prorsuz a pecca-
tis quāta tibi est virtus sine intermissio.
quoniam deus conuertentes a peccato
non repellit ase: Uerbum autem malitie
et nequitie nō biret in corde tuo aduersus
fratrem tuum vt possis digne orare. pater
dimitte nobis debita nostra sicut et nos di

ultimus debitoribus nostris. Duo fratres erant in cella. unus autem ex eis semper erat. Et rogabat eum qui erat iuuenis dicens. Mancamus simul frater. Et ille dixit ei. Peccator ego. et nō possū manere tecū. Ille autē rursus rogabat eū dicens. Ego possum. Erat autē senex ille nunquam uolebat audire ga monachū habere in cogitatu fornicationē. Et dixit frater. Dimitte me vnā hebdomada. et tunc loquamur. Venit ergo postmodum iuuenis ille. et volens senem probare dicebat. In magnam temptationē incurri hebdomada illa abba. pergens enī pro ministerio quodā in vicū incidi in mulierē. Et dixit ei senex. Est tibi penitētia. Et dixit frater illi. Vō ideo quia possum simul esse. Et manserunt simul vsq; ad extremum suum. Dixit quidā patri. si quis te petierit rē aliquam. et violenter prehenderit ei. sit voluntas animi in id qō datur. sicut scriptū ē. quia si quis te angariauerit mīliariū vade cum eo duo. Hoc autē est vt si quis a te petierit rez aliquā. des ei ex alo. et spiritu. Dicebant de quodam fratre quia cum sedisset sportas. et posuisset eis ansas: audiuit vicinum suum alium monachū dicētē. Quid facio quia proximū est mercatum: et non habeo ansas quas imponam sportellis meis. Ille vero reloluit ansas quas imposuerat sportellis suis. et attulit eas fratri illi vicino dicens. Ecce istas ansas supsitas habeo nolle eas. et pone sportas tuas. Et fecit op⁹ fratris sui proficere ad quod opus erat. ppriū autem opus reliquit imperfectū. Dicebant de quodā sene. I scitibi quia egrotauit. et voluit mādūcare modicū panis recentis. Hoc autē audiēs quidam experientiā fratrū. tulit mensurā. et misit in eum panē siccū. et vadens in egyptum mutauit illa pro pane recēti. et attulit seni. Et cū vidissent fres panes illos recentes mirati sunt. Senex aūt nolebat gustare dicens. Quia sanguis frīs illi⁹ ē. Et rogauerūt illū fres dicētes. Propter dīz comedens vacuū sit sacrificiū fratris illius. Atq; itaq; rogat⁹ cōcedit. Frater quidaz interrogauit quendā senē dicēs. Duo sunt fratres ex quibus vnus quiescit i cella sua. protrahens iciuniū sex dierū. et multum sibi laborez ponens: alter vero egrotantibus deseruierit. Cuius opus magis acceptū ē deo? Respōdit ei senex. Si frater ille qui sex dieb⁹ iciuniū leuat. appendat se per nares non pōt esse equalis illi q infirmantib⁹ deseruit. Interrogauit quidam senem quendaz dicens quō sunt modo quidam laborātes in cōuersatiōe. et nō accipiunt grāz sicut antiqui. Dixit ei senex. Quia nūc caritas erat. et vnusquisq; primū suū trahebat sursuz: nunc aūt refrigescēte caritate vnusquisq; primū suū deorsuz trahit. et propterea gratiaz non meremur accipere. Perrexerūt aliquādo tres fratres ad messem. et fuscepērūt certū spaciū sexagita modioz. quod meterēt. Unus aūt ex eis ipa prima die infirmari cepit. et reuersus ē ad cellā suā. Duo aūt remanserūt. et dixit vn⁹ alteri. Ecce frr videoga incurrit egritudinē frīs nr̄. extorque ḡ tu anio tuo paululiū. et ego meo similiter. et credim⁹ in deo. ga p obedīē frīs nr̄ ipletibim⁹ nos duo opa. et metam⁹ partē ipi⁹. Cum ḡ explicassent messem totī⁹ loci quem fuscepērāt venerūt recipere mercedes suas. et vocauerūt frēz illū dicētes. Veni fr accipe laborē tuū. Et ille dixit eis. qlē mercedē accipiaz ga nō messui? Et illi dixerūt ei. Obedīēntib⁹ tuis consumata est messis: veni ergo et accipe mercedes tuas. Facta ergo plurima contentiōe inter eos de hac re illo scilicet dicēte: nō accipiā. ga nō laborauī: illis vo nō acquiescētib⁹: nisi et ipe acciperet ptē suaz: abierunt ad iudiciū cuiusdā magni senis. et dixit ei ille fr. Perreximus tres vt meteremus in agro cuiusdā viri ad mercedez. Cuz autē venissemus ad locuz quem messuri eram⁹: ipa prima die i egritudinē cecidit. et reuersus ille in cellā meā. nec vna die metere cuz eis ꝑualēs. et nūc cogūt me frēs isti dicētes: veni accipe mercedē tuā. nō laborasti. Dixerūt autez et illi frēs

Reuera nos tres perrexim⁹ meteret. et fuscepim⁹ spatiuz sexaginta modioz. qō meteremus. Et si fuissemus tres. tres cum grandi labore vix potuissem⁹ explicare illud. ex ratione autē fratris huius nos duo velocius ḡ tres potuim⁹. et demessuimus agrū. et dicimus ei. veni: accipe mercedem tuam. et non volt. Hoc audiens senex miratus est. et dixit vni de monachis suis. Percute signum in cella fratrū. vt cōgregent se huc omnes. Qui cū venissent dixit eis. Venite fratres. et audite de hac iustum iudiciū. Et indicauit eis omnia senex. et admonuit fratrem illū vt acciperet mercedem suam. et faceret ex his mercedib⁹ qō ipe vellet. Et discessit frater ille contristatus. et plorans: quasi preiudiciū passus. Dicebat quidā senex: quia patres nostri cōsuetudinem habuerūt venire ad cellas noueruz fratrū: qui solitarii habitare volebāt conuersari. et visitabant eos. ne quis eoz tentatus a demonibus lederetur a cogitatione sua. Et si quando aliquis eoz inuenie batur lesus adducebant eum ad ecclesiā. et ponebatur peluis cum aqua. et fiebat p eo oratio qui i temptationibus laborabat. et lauabant omnes fratres manus suas in peluim. et perfundebatur aqua illa ille frater qui temptabatur. atq; ita statiz purgabatur frater ille. Duo senes multo ūnio simul conuersati sūt. et nunq; inter se litez habuerūt. Dixit autē vn⁹ alteri. Faciam⁹ et nos vnā litē. sicut boies facūt. Et ille respōdit fratri dicēte. nescio qualiter fiat lis et ille dixit ei. Ecce pono in medio laterculum. et ego dico meū ē hoc. tu aūt dicis nō ez meū ē. et ita fit litis initium. Posuerunt ḡ testā i medio. statimq; dixit vnus eoz. Meum ē hoc. Et alter dixit nō ez meū ē. Et ille respondit ei. Etiam tuū ē: tolle et vade. et discesserūt nec contēdere inter se potuerunt. Frater aliquis interrogauit senē quēdā dicens. Si video fratrem de quo audio aliquā culpā nō possum suadere alio meo. vt introducam eū i cellā meā: si autē videro bonum fratrem ipz libenter suscipio. et dixit ei senex: Si facis bonū bono fratri: paz boni facio illi alteri duplum ispende. Ipse est enim qui infirmatur. Dixit quidam senex nunq; desideraui opus quod mihi vtile esset. et fratri meo displicuit. quod faceret. huiusmodi habens spem quia lucrum fratris mei opus fructificationis mihi est. Quidam frater erat monachus cu iusdam fratris. Contigit autē q; vulnus fieret i corpore senis. et sanies multa ex eo cum fetore proflueret. Dicebat autem cogitatio sua fratri illi qui deseruiebat. Discede hinc: quia non potes sustinere fetorem putredinis illius. Ille vero frater vt repraimeret huiusmodi cogitationē. tulit vas aque. et lauabat vulnus illius. et recollegit ipaz aquā i vasē. et quēdā sumebat ex ipsa bibebat. Cepit autem iterum cogitatio sua sollicitare eum dicens. Si non vis fugere vel non bibas fetorem hunc. Frater autem ille laborabat. et toleranter sedebat bibens lauaturam vulneris illius. Et cum ita ministraret seni. Vidit dō⁹ laborem caritatis illius. et illam lauaturam in aquaz mundissimam vertit. et senem in inuisibili medicamento sanauit. Explicit liber de Caritate

Incipit liber ō ꝓuidētia. et Cōtēplatiōe.

Frater quidam abi

it ad cellam abbatis Arsenii in scithi. et attendit per senestram. et vidit senem totum quasi ignem. Erat autē frater ille dignus qui talia intueretur. Et cū pulsasset. egressus est senex. et vidit fratrē illum stupētem. Et dixit illi. estne tibi q; hic pulsat? vidisti ne aliqd? Et ille dixit ei. Non. Et colloquens cuz eo humiliter cū. Dixit abbas Daniel qui erat discipul⁹ abbatis arsenii. quis nouerit ei abbas Arsenius tanq; de aliquo alio dicens: pauo tamen q; de se dicebat. Quia cuz sederet in cella sua quidam senuz: vox venit ei: dicens. Veni et ostendam tibi opera hominum. Et surgens exiit. et duxit eum in quendam locum. et ostendit ei ethiopem incidentem ligna. et faciētē fascem gran

dem e tẽpeabat portare cum e non poterat e pro eo vt auferret sarcinã illaꝫ ibat iterũ e incidebat ligna e adiebat ad sarcinã. Hoc autẽ faciebat diutius. e ꝓcedẽs paulisper ostendit ei hominẽ rursus nãcem super lacũ e impientẽ aquã ex eo et effundentẽ in cysternã perpetuam. quã cysterna ipsam aquam iterum refundebat in lacũ et dicit ei iterum veni et ostendaꝫ tibi alia. et ecce vidi templum. e duos viros sedentes in equis. e portãtes lignũ transuersum: vnus contra vnũ: volebant autẽ per ianuam introire in tẽplum. e non poterãt propter lignũ illud quod in transuersio portabant. e non inclinantes se vn⁹ post vnũ vt fieret lignum illud directũ remanserũt foris extra ianuaꝫ tẽpli. e cũ interrogasset quid hoc esset: ille respondit ei. Hi sunt qui portant velut cũ superbia iustitie iugum e non humiliati sunt vt cozrigerent se. et humiliter ambularent in via xp̃i. propter quod e remanent foris a regno dei. Ille autem qui ligna incidit homo ẽ in peccatis multis e pro eo vt agat penitentiam e subtrahat se de peccatis suis. alias iniquitates adhibet super iniquitates suas. Qui autem aquam implet. homo ẽ qui opera quidem bona facit. sed habet in eis etiam e mala permixta. per hoc pdit e bona opa sua. Quapropter conuenit omnẽ hominẽ sobrium esse in considerandis operib⁹ suis ne in vanum videatur sustinere laboꝛes.

Narrauit iterum abbas Daniel dicens: dixit pater noster Arsenius de quodaꝫ sene in scithi qui erat magn⁹ i hac vita. simplex autem in fide. e erraut pro eo q erat ydiota. e dicebat non ee naturaliter corpus xp̃i panẽ consecratũ quẽ sumim⁹. sed figurã eius ee. Hoc audientes duo senes q dicerent hunc sermonẽ: e scientes qz magna esset vita eius e conuersatio cogitauerũt qz innocenter e simpliciter diceret hoc venerunt ad eum e dicunt ei. Abba audiuimus sermonẽ cuiusdam infidelis qui dicit quia panis quem sumim⁹ non naturaliter corpus xp̃i ẽ. sed figura eius. Senex autẽ ait eis. ego sum qui hoc dixi. Illi autem rogabant eum dicentes: Non fiet enim ab hac: sz sicut ecclesia catholica tradidit. nos autẽ credimus quia panis ipse corpus xp̃i ẽ. calix ipse sanguis xp̃i secundum veritatem e non secundum figuram. sed secundum principio puluerẽ de terra accipiẽs plasmauit hominẽ ad imaginem suam e nemo potest dicere qz non erat imago dei. Quia de terra et puluere sit: ita et panis quem dixit quia corpus meum ẽ credimus quia secundum veritatẽ corpus xp̃i est. Senex autem ait eis. Nisi re ipsa cognouero: non mihi satisfaciat ratio vestra. Illi autem dixerunt ei deprecemur deum hebdomadam hac de misterio hoc et credimus quia deus revelabit nobis. Senex autem cum gaudio suscepit sermonẽ istum: e deprecabat deum dicens. domine tu cognoscis quoniam non per malitiã incredulus sum rei buius: sed per ignorantiam errem: revela ergo mihi domine iesu xp̃e quod verum est. Sed et illi senes abeuntes in cellas suas rogabant et ipsi deum dicentes. Domine iesu xp̃e revela seni isti misterium hoc. vt credat et nõ perdat laborẽ suum. Exaudiuit autem dominꝰ vtroslibet. et hebdomada cõpleta: venerunt dominica die in ecclesiam. et sederunt ipsi tres soli super sedile de scirpo: quod in modũ fascis erat ligatum. medius autem sedebat senex ille. Aperti sunt autem intellectuales oculi eoꝝ: et quando sunt positi panes in altare videbatur illis tantummodo tribus tantũ puerulus iacens super altare. et cum extẽ differt presbiter manus vt frangeret panẽ descendit angelus de celo habens culturn in manu e sacrificauit puerulum istum. sanguinem vero eius excipiebat in calicem. Cum autem frangeret presbiter in partes parnibus panem. etiam angelus incidebat membra pueri i modicas partes. Cũ autẽ accessisset senex vt acciperet sanctam cõmunionem: data est ipsi soli caro sanguine cruentata. Quod cũ vidisset: pertimuit et clamauit dicens. Credo domine quia panis qui in altari ponitur. corpus tuum est et calix sanguis tuus est. Et statim sa-

cta est illa caro. manducauit eius panis sed⁹ mysterii: e sumpsit illud in ore agens gratias domino deo. Dixerunt autem ei seniores. deus scit humanam naturam. quia nõ potest vesci carnib⁹ crudis: e propterea trãsformauit corpus suum in panem: e sanguinem in vinum. bis qui illud fideliter suscipiunt. Et egerunt gratias deo de sene illo: quia non permisit deus perire laboꝛes eius: e reuersi sunt ad cellas suas cuꝫ gaudio. Iterum ipse abbas Daniel narrauit de alio magno sene qui habitauit in inferioꝛib⁹ partibus egypti. quia diceret per simplicitatem. q melchisedech ipse sit filius dei. Hoc autem iudicatum est sancte memorie Cirillo archiepiscopo alexandrino de eo: e misit ad eum. Sciens autem qua significr esset ipse senex. e q quid peteret a deo reuelaretur ei: e quia simpliciter diceret hoc verbũ: ꝓpter hoc est huiusmõi ratione dictus. Abba rogo te quia in cogitatione mea est q Melchisedech ipse sit filius dei: e rursus alia cogitatio mea dicit. quia melchisedech non sit de⁹: sed homo sit: e summ⁹ sacerdos dei fuerit. Quoniam ergo desito de hoc: idcirco misi ad te vt deprecẽris deũ: quatenꝰ tibi reuelare dignetur de hoc quid veritas habeat.

Senex abiit de cõuersatione sua ꝑfectus cũ fiducia dixit. Da mihi tres dies inducias e ego exꝑtor deũ hoc e renuncio tibi q̃ mihi fuerit reuelatũ hoc. Intrans aũt in cellã suã. deprecabatur deuꝫ de verbo hoc e veniẽs p⁹ tres dies dixit sancte memorie Cirillo epo. Pr̃ ẽ Melchisedech. Archiepiscop⁹ respondit ei. Quomodo tũ stat apud te abba? Et ille dixit ei. Deus ostendit mihi omnes patriarchas. in vno singuli eoꝝ coram me transirẽt ab Adam vsq; qz ad melchisedech. Et angelus mihi astans dixit. Ecce iste est melchisedech. Et ideo archiepe certus esto: qz sic est. Abiens autem senex. per semetipsum predicabat quia homo esset melchisedech. e gaudens ẽ magnifice sancte memorie Cirillus episcopus. Puer erat adhuc sancte memorie epi. e vidit somnium siue reuelationẽ. qz

nata est verbis in lingua eius. e crescit e implebat totam terram fructifera. simulq; venerunt omnia volatilia celi. e comederunt de fructu vitis illius. Quantuꝫ autẽ manducabant: eo amplius implebat fructu. Iterum vidit quidam sanctorum in somnio ordinem angelicum descendentes de celo secundum preceptum dei. habentẽ i manu libruꝫ: e dixit eis. Scriptũ est in prophetis. Dicebant autem ad inuicem. Cui debet cõmitti? Quidã dixerũt illi alii autẽ dicebant ꝺ alio. Resederũt aũt et dixerũt. vere vtriq; gdẽ sancti sũt et iusti sed ꝺ dictis verũ tñ hoc eis cõmitti nõ potest. Multa etiam alia nomina sanctorum dicentes: Postea dixerunt quia nemini potest hoc alteri committi nisi efrem. Et vidit senex ille cui hoc in somnio apparuit: quia efrem dederũt honoꝛem illum. Mane autem surgens audiuit efrem docentem et velut fontem ebullientem de ore ipsius: e cognouit senex qui somnium viderat: qz spiritus sancti est operatio quod egrediebatur de labiis efrem. Dicebant de abbate Zenone. quia cum morarctur in scithi: exiit nocte de cella sua velut ad paludem et cum erraret: fecit tres dies e tres noctes ambulans e laborans: e cum defecisset: decidit semianimus. Et ecce puerulus stetit ante eum habens panem e fiscellam aque: e dicebat ei. Surge manduca. Ille autem surgens euasit extimans qz fantasma esset. Puer autem respondens dixit ei. Benefeciti. Surgens ergo accepit e manducauit: et post hoc dixit ei. Quãtum ambulasti. tantum longe eo a cella tua: sed surgens sequere me: Et statim inuentus ẽ in cella sua. Dixit ergo ei senex. veni intra: e da nobis orationem. Et cuꝫ intrasset senex: ille subito non cõparuit. Dicebat abbas Joannes. quia vidit quidaꝫ senum in excessu mentis tres monachos stantes trans mare: e facta ẽ vox ad eos ex alia parte littoris dicẽs. Accipite alas igneas e venite ad me. Et duo quidem ex eis acceperunt alas. e volauerunt ad aliud littus vnde facta est vox: tertiꝰ vero

pemisit t flebat fortiter t clamabat. Po
stea vero date sunt: et ipsi ale non ignee:
sed infirme et debilee: ita vt cū omni labo
re mergendo et surgendo nimis afflictus
yeret illuc. Dic ē et generatio hec. Quc
si accipit pēnas. non tamen igneas sz vir
tformas et debiles potest accipere. Abbas
Macharius habitabat i loco nimis deser
to. Erat autem solus in eo solitarius: in ipse
rici vero parte erat alia solitudo. in qua
habitabant fratres plurimi. Obseruabat
autem senex ad iter: t vidit sathanā veni
entem in habitu hominis. vt grauaret p
cellam eius. Videbatur autē quasi tunica
cū vtilinea. omnino vetusta t tota cribra
ta: t per oia foramina eius pendebāt am
pulle. Et dixit ei senior. Obe malo: vbi va
dis? Et ille respōdit. Vado cōmouere fra
tres. Senex aūt dixit ei: Ad qd tibi ampul
le ille? Et dixit. Eustū fratrib⁹ porto. Et
dixit ei senex. Et omnes ad gustandū. to
tas. ampullas cū gustu portas? Et rndit.
Etiam. Esi vnum alicui non placet. offe
ram aliud. Si autem nec illud. vado terti
um: sic per ordinē oībus oblatio. fieri nō
potest nisi vel vnus placeat ex eis. Et cū
hec dixisset: transiit. Et obseruabat senex
custodiens viam: donec ille iterum reuca
ret. et cum vidisset eū: dixit ei Bauus sis.
Et respondit ei. Unde mihi salus? et di
xit ei senex. Quare? Respōdit. Quia mo
do omnes sanctificati sunt: et nemo mihi
acquiescit. Et dixit ei senex. Neminez er
go amicum habes illic? Et ille respondit.
Unum tantūmodo fratrē habeo ibi: et ipse
mihi solus acquiescit: et quādo videt me con
uertitur ad me velut ventus. Senex ho
dixit ei. Et quis vocatur frater ille? Re
spondit Theoctistus. Et cum hec dixisset
pertransiit. Surgens aūt abbas macha
rius perrexit ad inferiorem heremū. Qō
cum audissent fratres acceperunt ramos
palmarum t occurrerunt ei obuiam: t sin
guli eorum parabant cellas suas: incerti
ad quē declinaret. Senex autem inquire
bat quis inter eos Theoctistus vocaret
in loco illo. Et inueniens eum intrauit
in cellā ei⁹. Theoctistus ergo suscepit eū
gaudens. Cuz ergo sedisset secrete loqua
dicit ei senex. Quomodo est circa te frat:
Et respondit orationib⁹ tuis bene. Et di
xit senex. Ne impugnant te cogitatiōes
Et ille respondit: interdum bene sum. Eru
besebat enī dicere ei. Et dixit ei senex.
Ecce q uot annos habeo in conuersatiōe
loci istius: t omnes honorant me: t tamē
in hac senectute infestus ē mihi spiritꝰ for
nicationis. Et respondit Theoctistus: di
cens. Crede abba t mihi. Senex autem si
mulabat alias quoq cogitationes sibi cē
molestas: donec faceret illum confiteri.
Deinde dixit ei. Quomodo ieiunas. Et il
le dixit ad nonam. Dicit ei senex. Jeiuna
vsqz sero t abstine. t cōmeda euāgelia. vt
memoriter retineas ea: sed t alias resectu
as ex animo meditare scripturas. et si tibi
ascēderit cogitatio mala: nunqz deorsum
aspicias. sz sepe sursū. t stati te dīs adiu
uabit. et senex corrigēs srez illū: reuertus
ē i solitudinē suā. et cū iter obseruaret: vi
dit iterum demonē illū et dixit ei. Ubi va
dis iterū? et ille respondit cōmouere fra
tres. et abiit. Dum autē reuerteret dixit ei
senex. Quomodo sunt fratres illi? t ille re
spōdit. Male. Senex aūt dixit. Quare? t
ille respondit. Quia oēs sancti sūt. et ma
ius malū. qz et vnum quē habui sicū obe
dientē mihi etiam ipse nescio vnde habuer
suo est. t nec ipse acquiescit mihi: sed omni
bus sactior factus est: et propterea iurauī
iam non ambulare ad illum. nisi post mul
tum tempus. et hec dicens transiit relu
quens senem. Senex vero intrauit cel
lam suam adorans et gratias agens deo
Abbas Macharius volens consolari fra
tres: dicebat. Uenit huc aliquando cum
matre sua puer qui a demonio vexaba
tur: Et dicebat matri suc. Surge, eamus hinc. Illa autem dicebat: Non
possum pedibus ambulare fili. Et di
cebat ei filius eius: Ego te porto. Et
admiratus sum astutiam demonum quo
modo eos exinde fugare volebat.

Dicebat iterum de consolatione scibi

ad fratres. Quando videritis cellā edifi
catam iuxta paludē: scitote qz prope ē de
solatio scibi. Quando aūt videritis ar
bores: iam ante ianuam est. Quando ve
ro videritis pueros tollite melotes ve
stras t abite. Abbas moyses qui habita
bat in petra impugnatus ē aliquādo a for
nicatione: t cum non praualeret tenere se
in cella. perrexit t indicauit hoc abbati ysi
doro. Et rogauit cum senex. vt reuertere
tur in cellam suam. Ille aūt non acquie
uit dicens non possum abba. Et sumpsit
eum. t leuauit eum secum in domum t di
xit ei. Attende ad occasum. t attēdens vi
dit multitudinē demonum: t bi cōfusi erāt
t turbantes se ad pugnandum. Dicit ei ite
rum abbas ysidorus. Respice ad orientez
t attēdit. t vidit innumerabilem multitudi
nem angelorum in gloria. Dixit autez abbas
ysidorus. Ecce isti sūt qui missi sūt ad auxi
liandum sanctis. qui vero ad occasuz ascē
dunt. hi sunt qui impugnant nos. Plures
ergo sunt qui nobiscum sunt q̄ qui aduer
suz nos sunt. Et ita agens gratias deo. ab
bas moyses sumpsit fiduciam. t reuersus
est in cellam suam: Dixit abbas Moyses
in scitbi. Si custodierimus mandata patꝝ
nostrorum. ego presumens de deo: spō
deo vobis quia barbari huc non veni
ent. Si autem non custodierimus: de
solandus est locus iste. Sedentibus
aliquando fratribus apud eundem abba
tem Moysen dixit eis. Ecce barbari
hodie in scitbi venient: sed surgite t fugite
Dicunt ei illi. Et tu non fugies pater. Ille
autem dixit eis. Ego per tot annos expe
cto diem istum: vt impleatur sermo domini
mei ihu xpi dicētis. Omnes qui acceperit
gladium: gladio peribunt. Alii aūt dixe
runt ei. Neqz nos fugiemus: sed te cuz mo
riemur. Et dixit eis. ego causas nō habeo
vnusquisqz vestruz videat quomodo stet
Erant autem septem fratres cum eo. t di
xit eis. Ecce barbari appropinquāt ianue
t statim barbari intrantes occiderūt eos.
Unus autez ex eis timore carnali perter
ritus fugit t abscondit se post plectas de
palmar: t septem coronas vidit descenden
tes t coronantes abbatez Moysen. t sex
fratres qui cū eo fuerant interfectis. Dice
bant de abbate syluano qi voluit aliquā
do pergere in syriam. t dixit ei discipulus
suus Marcus. Pater noli ire hinc
sed nec ego te dimitto abire. Expecta
hic alios tres dies. et cū expectaret abbas
tertia die dormiuit i pace Marcus disci
pulus eius. Dicebat abbas Joānes. qui
exiliatus est a Marciano. quia veniuns
aliquando de syria ad abbatē pastorem t
volebamus cū interrogare de duritia cor
dis. Senex aūt grece nesciebat: nec in
terpres inueniebatur. Uidens autem nos
senex tribulatos cepit greca lingua loqui
dicens. Natura aque mollis ē. lapidis aūt
dura. Et si vas aquis plena pendeat supra
lapidē. ex quo assidue stillans gutta cadat
in lapidē. perforat cum ita t sermo vnus
leuis ē cor autem nostrum durum. Audi
ens ergo bonus frequenter diuinū sermo
nē aperitur cor eius ad timendū deuz. Di
xit abbas pastor. Scriptum est. quēadmo
dum desiderat cernus ad fontes aqua
rum: ita desiderat anima mea ad te deus
Sicut ergo cerui in solitudine serpentes
plurimos gluriunt. t cum veneno eorum
accēsi fuerit ad aqs venire desiderāt: ita
t monachi i solitudinibus habitantes accēdū
tur ēmonuz malignoz veneno. t propter
ea ōsiderāt sabbato t dominica die veni
re ad fontes aqs hoc ē ad corpus t sāgui
nē dñi nri ihu xpi: vt purgētur ab ol ama
ritudine demonū malignoz. interrogauit
aliqs frater abbatē pastorē dicēs. Quid ē
qd scriptū ē. nō reddas malū p malo? Di
xit ei abbas pastor. Hec passio quattuor
modos hēt. Primū de corde scindum de
aspectu. tertiū de lingua. quartuz ii reddere
malū p malo. Si. n. potueris pugnare cor
ri venit ad aspectū. custodi etiā ne loqris.
Si aūt t locut⁹ fueris: cito corripe: ne faciat
malum p malo. Narrauit siet⁹ Basilius
epc dicēs fuit i quodā monasterio femina
rum quedam virgo que finxerat se esse ac
demonez habere simulabatque adeo ab

omnibus alijs bonos habebat. vt nec ci-
bum quidē cū ea caperent. Talē quē ge-
gerat vitā vt a quoquā nunq̄ recederet
nisi ille monasterij officium ipleret. Et
erat fecilitā vulgare prouerbiū vniuersi
domus spongia ipletur a se reb⁹ probanis
quod in sacris libris scriptū legim⁹. Si ge
inquit et vobis putat se fupicē cē in hoc
modo sr̄ habitus. vt sapiens fiat. Nec igit
involutū pannis habebat caput ita quoq̄
oibus seruiebat. cetere aūt virgines ton-
se cucullis cooptantur. Nulla aliquando
potuit hanc de quadrigentis virginib⁹ vi
dere aliquādo manducantē: nunq̄ per oē
annū sue sedie ad mensā. Et nulla vī modi
eā partē panis accepit. sed micas nī ōcer-
gens mensarum: et abluens ollas. bis so-
lis alimentis contēta viuebat. Nulli vn-
q̄ fecit iniriā. nulla personarum ipsius
murmurauerat. nulli aut paruū aut satis
vnq̄ locuta ē. Et certe cū ab omnibus ce
derentur: cum omnium viueret odio: male
dicta omnium sustineret. sancto pterio p
beatissimo viro semperq̄ in deserto vitē
ti: affuit angelus dñi quadā die sedenti in
loco qui dicitur porphirite: affatusq̄ ē eū
his verbis. Cur ingt grande aliquid te eē
credis vt sanctus t in huiusmodi degens
loco? Vis videre mulierem sanctiorē te.
vade ad tabenēsiotarum monasteriū se
minarum. t vnam ex eis illic inuenies in
capite habentē coronam: ipsamq̄ cognos-
ce te esse meliorem. Quo dum contra po
pulum tantum sola diebus ac noctib⁹ pu
gnat. cor ipsius a deo nunq̄ recessit. Tu
autē in vno loco residens. neq̄ quoq̄ ali-
quando progrediens: per oēs vrbes ani-
mo et cogitatione vagaris. Statimq̄ ad
predictum monasteriū venit: t magistros
fratrum rogauit: vt introducerent eū ad
habitaculum feminaꝝ. Quem mox illi. et
vita gloriosū. t erate prouectioris viden-
tes: cum fiducia magna introduci fecerūt
Ingressus autē desiderauit omnes sorō
res inspicere: inter quas solaz illā propter
quā venerat non videbat. Air autē ad po
strem⁹. Oēs inquit mihi adducite: deesse
enim mihi videtur aliqua ex vobis. dicit
ad eum. Unaz adhuc fuitā habem⁹ marū
secus i quoquina. Sic eaz eas que a deo
ne vexantur appellat. At ille. Exhibete
inquit ipsam ad me. vt eam videam. Quo
audito: supra memoratā vocare ceperunt
Que cū nollet audire sentiens: vt credo
aliquid aut fortassis hocipsū diuinā reue-
lationē cognoscēs: dicunt ei. Sanctus pi
terius desiderat videre te. Erat enim vir
magnus fama et nomine. Cuiz ad eaz fa
mā esset adhibita. videnscq̄ pānō frontē ipsi⁹
involutā proiecit se ad pedes eius dicens
Benedic me inquit. Que similiter ad ipsi
us pedes se proiecit dicens. Tu benedic
me domine. Omnes autem sorores obstu
puerūt simul dicentes. Noli abba talem
iniuriā sustinere. furiosa ē enim ista quā cer
nis. Tunc sanct⁹ pyterius ipsis omnibus
ait. Uos ingeniosa fuistis. nam hec vestra t
mea nonna ē. Sic enim vocant illi femi-
nas spirituales. Et deprecor deū ait: vt dign⁹
ipsa in die iudicii mercar inueniri. Quo au
dito oēs simul ad pedes ipsius ceciderunt
singule se peccasse in eā varijs modis con
fitentes. verbi gratia. Alia enim abluens
sordes catini. supra eaz se fudisse dicebat
Alia vero colaphis eam a se verberatam
sepe memorabat. Alia nares ipsius syna
pe impletas a se esse deflebat. Cetere quo
q̄ diuersas referebant se ei iniurias irro-
gasse: pro quibus omnibus sanctus ille su
plex deo precib⁹ egressus est. Post paucos
autem dies illa non serens tantam gloriā
tantoq̄ se nolens honore sororū cumula
ri. grauariq̄ se credens excusationib⁹ sin
gulorū: egressa de monasterio illo occulte.
quo ierit. in quē se miserit locū. vel quo si
ne defecerit: ad nullius potuit notitiā per
uenire. Beate memorie paulus simplex
discipulus abbatis antonii narrauit patri
bus talem rem. Quia aliquando veniens
in monasteriū visitādi gratia t pro fratz
instructione post consuetam admixtē con
solationē intrauerit ecclesiam dei. missas
more solito celebrare. Beatus ergo pau
lus intuebatur ad vnumquēq̄ ingrediēti

in ecclesiaz quali animo intraret. Habe-
bat enim t hanc gratiam dataz sibi a deo
vt si videret vnūquēq̄ cuius animi esset:
sicut nos facie nostras videmus ad inui
cem. Ingredientibus ergo omnibus cla
ra facie t splēdido vultu. is t vniuscuiusq̄
angelo gaudente. vnum vidit nigruz t ob
scurum corpore toto. et demonem ex vtra
q̄ parte tenentem et trahētem eum ad se
ipsum: et capistrum in nares eius mittētem
sanctum vero angelum eius de longe tu
gubrem tristēq̄ sequentem. Paulus ve
ro lacrimans. et manu frequenter pect⁹
tundens. sedebat ante ecclesiam: plorans
eum valde qui ei talis apparuerat. Qui
autem videbant quod faciebat et taz subi
tam eius mutationem ad lachrymas: t ad
luctum. interrogabant rogantes eaz q̄d
videret timentes ne quid in reprehensiōe
omnium vidisset. pro quo hec faceret. Po
stulabant etiam vt ad missas intraret cuz
eis. Paulus autem repellens eos: t negās
se ingressurum. sedebat foras ianuam ta
cens et plorans nimis cū. qui ei taliter ap
paruerat. Post paululum autem dimisso
ecclesie conuentu. iterum intendebat sin
gulos exeuntes vt quoruz introitū agno
uerat sciret qualeo exirent. Et ecce vidit
illum virum nigrum et obscurum toto cor
pore priuo. exeuntem ab ecclesia: clarum
quidem vultu. candidum vero corpore. de
mones autem qui ante eum tenebant. po
stea de longe sequentes. sanctum vero an
gelū iuxta ipsū ābulātē letum t prōptum
t gaudentē super eum valde. Paulus ve
ro exilieno cum gaudio: clamabat benedi
cens deum t dicens. O ineffabilis dei mi
sericordia t benignitas. o diuitie miserati
onis eius t innumerabilis bonitas. Cur
rens autez t ascendens super altū gradū:
magna voce dicebat. Uenite et videte
opera domini q̄ terribilia sunt et omni stu
pore digna. Uenite t videte eaz quē vult
omnes homines saluare: t ad agnitionem
veritatis venire. Uenite adoremus t pro
cidamus ante eum: vt dicamus q̄nia tu so
lus potens es peccata dimittere. Ad hec
vocē eius. oēs solliciti cucurrerunt cupiē
tes audire que dicebat. Et conuenientib⁹
omnibus referebat paulus que vidisset
antequā ecclesiam intrarent. t que postea
t interrogabat virum illum vt diceret ei
causam pro qua ei tantam subito immuta
tionem deus donauerit. Domo ergo ille
conuictus a paulo cozaz omnibus qui cir
ca ipsum erāt. aperte narrauit dicēs. Ego
homo peccator sum. t multo tempore in
fornicatione vixi vsq̄ nunc ingressus aūt
modo ecclesiam dei audiui vocem ysaie
prophete cum legeretur. magis autē vo-
cem dei loquentis in eo. vbi dicit. Lauami
ni mundi estote: auferte malum de anima
bus vestris coram oculis meis. discite be
ne facere t si fuerint peccata vestra tan
q̄ fenicium velut nix dealbabuntur: t si
volueritis t audieritis me bona terre mā
ducabitis. Ego inquā fornicator i hoc ser
mone compunctus sum nimis. t ingemiscē
intra conscientiam meam: dixi ad deum.
Tu deus qui venisti in mundum peccato
res saluos facere t qui hec quoq̄ modo le
cta sunt p. prophetaz. pmisisti: comple effe
ctu t opere etiam in me indigno peccatore
Ecce enim amodo. promitto tibi. t spondeo
sermone t obsecro corde. quia ab hodie iā
non ero fornicator: sed abrenūcio sordib⁹
seculi. et seruio tibi amodo in conscien-
tia munda. hodie ergo domine et in hora
hac suscipe me penitentem et interpellan
tem te t renuntē omne peccatum. In his
igitur promissionib⁹ ait egressus sū de ec
clesia statuens in animo meo nihil vltra
agere mali coram oculis dei. Quod cuz au
dissent omnes. clamauerunt vna voce ad
dominū dicētes. q̄magnificata sunt opa
tua domine. omnia i sapiētia fecisti. Qua
propter cognoscentes hoc xpiani ō sactis
scripturis et diuinis reuelationibus. quā
tā deus habeat bonitatem circa eos q̄ ad
eū deuote confugiunt et p penitentiam
emundant priora delicta. q̄ non solum
non cogitur penas exoluere pro peccatis
antea commissis. verumetiam. consequi
bona promissa. Non ergo desperemus ō

vestra salute. quia sicut pelasian pybetā
ritie cupiditatem superbie elationē
desiderijq̄s luxurie carnis sue mor
tificatione uicerunt. Unde merito
apostolus ait. Quod oēs qui volūt
uiuere in christo: persecutionem pa
tiuntur. Cuius vnq̄s nō est extraneꝰ
qui non est pietatis alienus. Pas
chalem enim festiuitatem solēniter
agit qui non in fermēto ueteris ma
litie sed in azimis sinceritatis z ve
ritatis operatur. Nec in Adam pri
mo sed in Adam secundo vult mē
bram sibi cōcorporeā christi:
qui cum esset in forma dei exina ser
ui dignatus est fieri ut in vno media
tore dei z hominum homine Jesu
christo z plenitudo maiestatis ouī
ne z veritas nature esset humane:
Quam nisi uerbi diuinitas in sua p
sone reciperet vnitatem: ne regenera
tio esset in aqua baptismate: ut ce
dem̄ in languine passionis. Ex
quia in sacramento incarnationis

christi nihil factum nihil accepimus figuraliter non frustra nos et cum mysterio mouemur: et cum relucere credimus lucem: non nisi ipso in nobis qui operatur omnia in omnibus nuncio cum patre et sancto spiritu regnante in secula seculorum Amen.

De passione et resurrectione domini eodem sermo. xix.

Verum dilectissimi dominice passionis historiam euangelica ut mos est narratione decursam ira omnium nostrum arbitror: in hesitis pectoribus: ut unicuique audienti ipsa lectio quedam facta sit visio. Habet enim hanc potentiam fides uera ut absentia mente non dedit quibus corporalis presentia adesse non potuit: et siue in preteritum siue in futurum se ex credentis certe dat nullas sentiat moras tempora cognitio veritatis. Adest ergo sensibus nostris imago recte pie nostre salutis gestate. Et quod tunc discipulorum patris animos nostros quoque tangit affectus: non quod aut christi deo manum aut sicutia furentium iudeorum terreamur. cum etiam eos quos illius tempestatis magnitudo concussit ad inuictam constantiam resurrectio domini alcensioque prouexit. Sed quia cum in cogitationem uenit quales tunc hierusalem populi et quales fuerit sacerdotes: magno accipimus cum tremore mentium tantum facinus impiorum. Quamuis enim ad salutem humani generis pertinaci passio saluatoris eterne mortis uincula temporali sint domini diuupta morte. Illud tamen crucifixi patientia: aliud crucifigentium egit insania: nec ad eosdem rerum exitus misericordia et ira tendebat. Licet per eundem sanguinis effusionem christus soluerit mundi captiuitates: tamen dei interfecerunt omnium redemptorem. Obduxerat enim carnalem israel malignitas suam: nihil eis legis testificatio nihil misteriorum imagines nihil prophetarum oracula prodfuerunt: cuius pascha domini noluerunt celebrare in eo. Joannes doceret impletum: de quo publica protestatione dicebat: Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Repugnat magistas iustitie ceritas lucis mendacium ueritati. Sed de seuitia obluctantium de scelere crudelium obtinuit ihesus eterne dispositionis effectum: et ita humano generi sua morte consuluit ut sacramentum salutis etiam ipsis persecutoribus non negaret. Qui venerat uulneribus credentium omnia peccata dimittere a generali indulgentia nec iudaicum uoluit crimen excludere. Quorum tanta perfidia detestamur: eorundem fidem si conuertantur amplectimur. Et imitantes misericordiam domini qui pro eis a quibus erat crucifixus orabat.

Nos quoque cum beato apostolo iungimus preces. Erit ille populus misericordiam consequatur: optamus et optamus: ob cuius ostensionem gratiam reconciliationis accepimus. Quoniam sicut ait magister gentium Concluxit deus omnia in incredulitate ut omnium misereatur. Quid autem illud fuit: quod etiam iudeis intellectum obstulit et sapientium mundi corda turbauit nisi cum rex filium dei que philosophiam euanescere prudentium: et fraudulentam fecit caligare doctrinam. Omnem namque sensum humane mentis excessit diuinitatis consilium. Complacuit deo per stultitiam predicationis saluos facere credentes: ut mirabilior fieret constantia fidei ex difficultate credendi. Inconsequens enim et irrationabile uidebat recipere animo quod creatorem omnium naturarum in substantia veri hominis uirgo inmerata peperisset: quod equalis patri filius dei qui implet omnia et continet universa: furentium manibus comprehendi: quorum iudicio condemnari: et post dedecus illusionum cruci se permisisset affigi. Sed in his omnibus simul fuit et humilitas hominis: et efficacia deitatis. Nec misericordie ratio maiestatem miserationis obscurat: quia de ineffabili potentia factum est: ut cum homo verus esset in deo inuiolabilis: et deus verus esset in carne passibili: conferretur hominis gloria per contumeliam: incorruptio per supplicium: uita per mortem. Nisi enim uerbum caro fieret et tam solida consisteret uitas in utraque natura ut a suscipiente susceptam nec ipsa breue ipse abiungeret nunquam valeret ad eternitatem redire mortalitas. Sed affuit nobis in christo singulare priuilegium: ut in natura passibili mortis conditio non maneret quam impassibilis essentia recepisset: et per id quod non poterat mori: posset id quod mortuum est: suscitari. Hoc sacramento dilectissimi ut inseparabiliter congratulamur: magna nobis et animi corporis intentione nitendum est: ut cum grauissimi sit periculi festum pascha ieiunium negligere: periculosius sit ecclesiasticis quidem conuentibus iungi: et in dominice passionis consortio non haberi. Nam dicente domino: Qui non accipit crucem suam et sequitur me non est me dignus. Et dicente apostolo. Si compatimur: et conregnabimus. Quis vere christum passum: mortuum et resuscitatum colit: nisi qui eum ipso patitur: moritur: et resurgit. Et hec quidem in omnibus ecclesie filiis ipso iam regenerationis sunt inchoata misterio: ubi peccati ueteritus uita est renascentis: et indumento domini mortem imitatur trina demersio. Et dimoto quodammodo sepulture quos veteres suscepimus fotus: eosdem nouos edarenda baptismatis. Sed implendum est nihilominus opere quod celebratum est sacramento: natus de spiritu sancto quantumcunque superest mundani temporis: non sine crucis susceptione ducendum est. Quamuis enim sortis et crudeli tyranno per potentiam crucis christi nasa antique depredationis crepta sint: et dominatio principis mundi a redemptore sit electa corporibus. Insidiari tamen etiam iustificatis malignitas perseuerat: et multis modis eos in quibus non recognoscit impugnat: ut si quos animos negligentes imprudentesque reperit: seductionibus eos laqueis rursum innectat: et a paradiso ecclesie raptos in consortium sue damnationis inducat. Unde cum quispiam obseruantie christiane limitem se sentit excedere: et in id cupiditates suas tendere: et eum a recto itinere facta declinare: recurrat ad crucem domini: et ligno uite motus noxie uoluptatis affigat: ac uoce prophetica clamet et dicat Confige clauis timoris tui carnes meas: a iudiciis enim tuis timui. Quid autem est clauis timoris dei carnes habere confixas nisi corporeos sensus abilecebris illicitis deberi sub metu diuini continere iudicii: ut qui resistit peccato et concupiscentiis

suas ne quid morte dignum operet
inferiat audeat cum apostolo dice
re. Mihi autem absit gloriari nisi in
cruce domini nostri Jesu christi. Et
ad id dirigat omnium viam sui: ubi
sen humanam in salutem esse naturā
Deus enim omni usq; ad finez
producetur mundi: sicut in sanctis
suis ipse honoratur: ipse diligitur: et
in pauperibus ipse pascitur: ipse ne
stitur. Ita in omnibus qui pro iusti
cia aduersa tolerantes compatitur
nisi forte estimandum est: multiplica
ta per orbem fide: et rarescente impi
et numerosos persecutiones et
omnia que aduersus beatos marty
res seuierunt: finita esse certamina:
tanquā suscipiende crucis illos tan
tum necessitas incubuerit: quib⁹ ad
expugnandam christi dilectionem
atrocissima sunt illata supplicia. Sz
aliud sauientium deo pietas experi
tur. aliud etiam apostoli predicatio
protestatur: qui dicit Omnes pie uo
lunt viuere in christo Jesu: persecu
tionem patiuntur. Qua sententia ni
mio trepidus et segnis ostendit qui
nulla persecutione pulsatur. Paucz
enim cum hoc mūdo nisi amatores
mundi habere non possunt: et nulla
vnquā iniquitas cum equitate com
muni: nulla mendacio cum ueritā
te concordia: nullus est tenebris cuz
luce consensus. Quia etiam si pietas
bonorum cupiat malos corrigi con
uersionemq; multorum per grati
am dei misericordis obtinere. malorū
tamen spirituum aduersus sanctos
insidie non quiescunt: et siue occulto
dolo siue aperto plio in omnibus fi
delibus propositum bone uoluntā
tis insistant. Inimicum autem ill
est omne quod rectum: omne quod
castum est. Et cum eis nihil in quen
quam amplius liceat q̄s iustitia diui
na permittit que dignatur suos aut
disciplina aut exercere patientia.
Agūt tamen versutissima arte falla
cie ut ex arbitrio propie potestatis
aut ledere videantur aut parcere: et
multo quod dolendum est: ita per
nequitiam simulationis illudūt: ut
quidem illos et timeant pati uitios
et velint habere placatos cum bene
ficia demonum omnibus sint nocen
tiora vulneribus: quia tutius est ho
minī inimicitias diaboli meruisse q̄s
pacem. Sapientes itaq; animi qui
vnū timere: vnū diligere: vnū ipsē
didicerūt: mortificans cupiditatib⁹
et crucifixis corporis sensib⁹ ad nul
lum hostiam metum: ad nullum in
clinatur obsequium. Voluntatē eni
dei etiam sibi pferunt: et tanto ampli
us se amant: quanto amplius p dei
amore se non amant. Cunq; auditū
sibi diuinitus dei post concupiscen
tias tuas non eas: et a uoluptate tua
quertere: dubitant affectus suos et le
gem mētis a corporis lege distandū
ut ex quadam se parte sibi denegent
perdentes se in ijs que carnaliter ca
piant. Sanctum igitur pascha dile
ctissimi in talibus membris corpo
ris christi legitime celebratur: et nihil
illis deest triūphis: quos passio sal
uatoris obtinuit: quoniā in his qui
apostolico exemplo castigant corp⁹
suum: et seruituti subiciunt: ipē ho
stes eadem fortitudine conterunt.
Et nunc enim a christo vincitur mū
dus et cuz a seruis suis quorūcunq;
vitiorum incentiua superantur ipsi
us uirtus est: ipsiusq; victoria. Hec
dilectissimi que ad participationez
crucis pertinent: sufficienter ut arbi
tror: uestris sunt hodie auribus inti
mata: aut paschale sacramentum etiā
in membris corporis christi legitime
celebratur: superest ut de obtinendo
resurrectionis consortio differam⁹.
Quod ne continuato sermone et mi
hi et uobis fiat onerosum: in diem
sabbati promissa differemus. Ede
ritur credimus: gratia dei ut debitū
nostrum ipsius auxilio compleatur
Qui vivit et regnat cum patre et spū
sancto in secula seculoꝝ Amen.

De passione et resurrectiōe domi
ni quidem sermo. xx.

Ermone proximo dilectissimi
non incongrue uobis quantū
arbitror: participationem crucis xpi
insinuauimus ut paschale sacramē
tum in se habeat una credentium: et
quod festo honoratur: moribus ce
lebretur. Quantum autem hoc vile
sit: ipsi probastis: nec uera pbatiōe
didicistis quantum pfici animis
alqs corporibus proficiorā ieiunia:
frequētiores preces et elemosynelar
giores. Nemo enim fere est qui non
hac exercitatione proficeret: cui ab
dito conscientie suc aliquid quo pos
sit recte gaudere: condiderit. Sz hec
iuera perseuerantia sunt seruanda ca
stodia: ne in desidiam resoluto labo
re: quod donauit dei gratia diaboli
furetur inuidia. Cum igitur quadra
ginta dierum obseruantia hoc volu
erimus operari ut aliquid sentire
mus crucis: in tēpore dominice pas
sionis admittendum est nobis ut et
am resurrectiōis christi inueniamur
esse consortes: et de morte ad vitam
dum in isto corpore sumus: transea
mus. Unicuiq; enim homini qui ex
alio in aliud aliqua conuersiōe mu
tatur: finis est non esse quod fuit: et
ortus esse quod non fuit. Sed inter
est: cui quis ad moritur: aut viuat
quia est mors que causa est viuendi
et est vita que causa est moriendi: nec
alibi q̄sin hoc transitorio seculo in
utrunque conquiritur ex qualitate
temporalium actionum differentie
retributionum pendeant eternarum
Ille ergo ē diabolo grauiorē
deo. Deficiēdū unicuiq; ut ad hoc
resurgatur. Occumbant uetera ut
oriantur noua. Et quoniam si cui ait
ueritas. Nemo potest duobus dnis
seruire. Dominus itemō illaq; stātes
impulit i ruinā: sed ille qui electos
erexit i gloriā. dicēte ergo apostolo
Primus homo ō terra terrenus. Secūd⁹
homo ō celo celestis. Qualis terrenus
tales et terrēi: qualis celestis: tales
et celestes: sicut portauimus imaginem
terreni portemus et imaginez ei⁹ qui
est de celo. Solutum nobis de hac
commutatione gaudendus est: quia
de ignobilitate terrena ad celestem
transferimur dignitatē per illius in
effabilem misericordiā: qui ut nos
in sua proueheret: nostra dedecūt
Et non solum substantiaz: sed etiaz
cōditionē nature peccatrices assume
ret et ea sibi pateretur inferri diuina
impassibilitas: que miserrime expe
ritur humana mortalitas. Unde ne
turbatos discipulorum animos lōga
mestitudine cruciaret: denuncia
tam tridui moram mira celeritate
breuiauit: dum ad integrum secū
dum diem pars primi nouissima et
pars tertij prima cōcurrit: et aliquā
tum temporis spatio decedere: nihil
dierum numero deperiret. Resurre
ctio igitur saluatoris: nec animam i
inferno nec carnem diu morata est
in sepulchro: et tam velox incorrupte
carnis uiuificatio fuit. ut mors: ibi
esset sopitis humilitudo q̄s mortis.

Mundum deitas que ab eterno fuit
sequi hominis substantia non recel
sit quod potestate diuinit: potestate
conuertit. Sed uetusta sint itaq; mul
ta dicta uetera quibus prouidenciade
pmissorium mundum fidei auctoritas confirmetur. Et licet reuoluto la
pide sepulcro monumento depositio linteoli et uestis facti angelici nar
rationes et prophetie dominice ueritatē
resurrectionis astruerent: et mulier
tumens uidit et prophetarum frequen
ter oculis manifestus apparuit non
solum loquens eis sed habitās
atq; conuiuens: pertractari se di
ligenti curiosoque contactu abeto
quos dubitat opistingebat: admit
tens. Ideo eius et clausio ad discipu
los hostio introibat: et flatu suo da
bat spiritum sanctum: et dato intelli
gentie lumine sanctarum scripturarū
occulta pandebat: et rursus idē vul
nus lateris figuras clauorum et om
nia recentissime passionis signa non
retrahebat: agnoscebatur sic proprie
tas diuine hominisq; nature indi
uidua permanere et ita scimus uer
bum non hoc esse quod carnem: ut
unum dei filium et uerbum confite
remur: et carnem. Non dissonat dile
ctissimi ab hac fide magister gentiū
apostolus Paulus cum dicit: Et si
cognouimus secundum carnē chri
stum: sed nunc iam non noscimus.
Resurrectio enim domini non finis
carnis sed commutatio fuit: nec uir
tutis augmento consumpta substan
tia est. Qualitas transiit: non natu
ra defecit: et factum est corpus impas
sibile quod potuit crucifigi. Factum
est immortale quod potuit occidi.
Factum est intractabile quod po
tuit uulnerari. Et merito dicitur ca
ro christi in eo statu quo fuerit nota
nescire: quia nihil in ea passibile: ni
hil remansit in ea infirmum ut et ipsa
sit per effectum et non sit ipsa per glo
riam. Quid autem mirum si hoc de
corpore christi profitetur: qui de om
nibus christianis spiritalibus dicit
Itaq; nos ex hoc nemine nouimus
secundum carnē. Ex hoc inquirit si
secundum carnes. Ex hoc inquisitio
tium nobis factum est resurrectio
in christo: ex quo in eo qui pro om
nibus mortuus est totius spei nostre
forma precessit. Non hesitamus dis
fidentia: nec incerta expectatione sus
pendimur. Sed accepto promissio
nis exordio: fidei oculis que sunt fu
turaciam cernimus. Et nature pue
ritia gaudentes quod credimus:
ratione tenemus. Non ergo nos rerū
temporalium occupent species. Nec
ad et contemplationem nostram a
celestibus terrena deflectant. Pro
transactis habeantur que ex maxi
ma parte iam non sunt: et mens inte
gra manseris: ibi desiderium suum si
gat: ubi quod offertur eternum est
Quinto enim spe salui facti sumus
et corruptibilem adhuc carnem mor
talemque gestamus: recte tamen di
camur in carne non esse: si carnales
nobis non dominentur affectus. Et
merito eius rei deponimus nūcupa
tionem: cuius non sequimur volun
tatem. Cum itaque apostolus dicat.
Carnis curam ne feceritis in deside
rijs: non ea nobis interdicta intelliga
mus: que saluti congruūt. et que hu
mana posset infirmitas. Sed quia
non omnibus desideriis seruiendū
nec quicquid caro concupiscit: implē
dum est: ac adhibendo temperantie
modo admonitos nos esse cognos
cemus: ut carni que sub animi est cō
stituta iudicio: nec superflua cōceda
mus: nec necessaria denegemus.

Unde item apostolus alibi ait: Ne
mo enim unquam carnem suam odio
habuit: sed nutrit et fouet eam. Cum
itaq; non ad uitia non ad iuuriam
sed ad debitum sit alenda et fouēda
famula tunicut teneat ordinem suum
renouata natura: nec puerile actum
per superioribus inferiora peccula
ant: aut inferioribus superiora suc
cumbant: et uitijs animum superan
tibus ibi fiat seruitus: ubi decet eē
dominatus. Agnoscat igitur popu
lus dei nouam se eē in christo creatu
ram: et a quo suscepta sit quam ue ſa
sperit: diligenter intelligat. Que
nouafacta sunt: non recedant ad in
stabilem uetustatem: et non omittat
opus suum qui manus misit ad ara
trum: sed ad id attendat quod serit:
non ad id respiciat quod reliquit. ne
mo in id recidat unde surrexit. Sed
etiam si pro infirmitate corporea in
aliquibus adhuc lāguoribus tacet:
sanari instanter desideret: ac lenari.
Hec est enim salutis via et recepte in
christo resurrectionis imitatio: ut qa
in lubrico istius uite diuersi casus la
psusq; non desunt vestigia gradien
tium a fluidis ad solida transferant
Quoniam sicut scriptum est: a domi
no diriguntur gressus hominis et vi
am eius uolet. Cum ceciderit tustus
non collidetur: quia dominus sup
ponet manum suam. Hec medita
tio dilectissimi non pro sola solenni
tate paschali sed pro totius uite san
ctificatione retinenda est: et ad hoc
presens exercitatio debet intendi ut
quicanimum fidelium experimento
brevis obseruantie delectarunt: in
consuetudinem transeant: inanera
ta permanēt: ac si aliquid delicti ir
repserit celeri penitudine deleatur.
Et quia antiquor morbor difficil
et tarda curatio est illo velocius ad
hibeantur remedia: quanto recenti
ora sunt vulnera: ut semper ab omni
bus offensionibus in integrū redur
ficande carnis resurrectionem per
uenire meremur i christo Jesu do
mino nostro: Qui uiuit et regnat cū
patre et spiritu sancto i secula seculo
rum amen.

De resurrectione domini sermo
xxi.

Orum quidez dilectissimi pa
schale sacramentum euangeli
ca nobis narratio presentauit: et ita
per aurem carnis penetrauit ad mē
tis auditum: ut nemini nostre rerum
gestarum imago deficeret: cum diuini
tus inspirate lectionis historie euiden
ter ostenderit: qua dominus Jesus
christus impietate traditus: quo iu
dicio adductus: quo seuitia crucifix
us: et qua sit gloria suscitatus. Sed
adijciendum est etiam nostri sermo
nis officium: ut sicut pia expectatione
deposcere vos consuetudinis debi
tum sentio: ita solemnitati sacratissi
me lectionis subiūgatur exhortatio
sacerdotis. Quia igitur apud fide
les aures ignorantie locus non est:
semen uerbi quod est in predicatione
euāgelij debet in terra vestri cordis
augeri: ut remotis suffocationibus
spinarum ac tribulorum libera i fru
ctus suos exeant plantaria piorum
sensuum et rectarum germina volun
tatum. Crux enim christi que salua
dis est impensa mortalibus: et sacra
mentum est et exemplum. Sacra
mentum quo uirtus impletur divina
Exemplum quo deuotio imitatur hu
mana: quoniā captiuatis ingo cru
tis etiam hoc prestat redemptio: ut

ctm sequi possit imitatio. Nam si
mundana sapientia ita in suis glori
antes erroribus omnes quem sibi quisq;
ducem elegerit uitio opinionis & mo
res atque omnia instituta sectetur
que nobis erit communio nominis
christi nisi ut ei inseparabiliter unia
mur qui est utique ipse ueritas &
uita. Ita scilicet conuersati
onis sancte. Veritas doctrine cine.
& uita beatitudinis superne. Colla
psa enim in perennibus premio hu
mani generis plenitudine ita miseri
cors deus creature ad imaginem su
am facte per unigenitum suum Jesū
christum uoluit subuenire ut nec ex
tra naturam esset reparatio nature:
& ultra proprie originis dignitatem
proficeret secunda condicio. Felix si
ab eo non decideret: quod deus fe
cit. Felicior si in eo maneret quod re
fecit. Multum fuit a christo recepil
se formam sed plus est in christo ha
bere substantiam. Suscepit enī nos
in suam proprietatē illa natura que
nec nostris suis nec suis nostra con
sumeret que ita unam in se fecit dei
tatis humanitatisq; personā ut sub
dispensatione infirmitatum atq; vir
tutum nec caro per diuinitatem iuio
labilis nec diuinitas per carnes pos
set esse passibilis. Suscepit nos illa
natura que & propaginem nostri ge
neris a communi tramite non abū
peret & contagium peccati in omnes
homines transeuntes excluderet. In
firmitas sane atq; mortalitas que
non peccatum erant sed pena pecca
ti a redemptore mundi recepta sunt
ad supplicium ut penderentur ad
peccm. Quod ergo in omnibus
hominibus transfusio fuit damnati
onis hoc in christo sacramentum ē
pietatis: Pcubuit enim se crudelissi
mo exactori liber a debito: & mistrā
diaboli iudaicas manus in cruce
tum immaculate carnis admisit. & ua
ideo usq; ad celerrimam resurrecti
onem uoluit esse mortalem ut credē
tibus in eum nec persecutio insupe
rabilis nec mors posset esse terribil
cum ita dubitandum non esset ō cō
sortio gloriefici ut dubitandum non
erat de communione nature. Si in
contrectu uagis dilectissimi corde cre
dimus quod ore confiteamur mos i
christo crucifixi nos sumus mortui
nos sepulti nos etiam die tertia sus
citati. Unde apostolus dicit: Si con
surrexistis cum christo que sursum
sunt: querite ubi christus est i dexte
ra dei sedens: que sursum sunt sapite
non que super terram. Mortui enī
estis & vita uestra abscondita est cū
christo in deo. Cum enim christus ap
paruerit vita uestra: tūc & vos appa
rebitis cum christo in gloria. Ut aūt
nouerint corda fidelium habere se
unde ad supernam sapientiam ipse
tis mundi cupiditatibus uelcat de
uari: ponder nobis dominus pien
tiam suam suadens. Ecce ego vobis
cum sum omnibus diebus usq; ad
consūmationem seculi. Non enī fru
stra per Esaiam dicerat spiritus san
ctus. Ecce virgo in utero cōcipiet et
pariet filium: & uocabitur nomē ei
Emanuel: quod est interpretatū no
biscum deus. Implet ergo Jesus p
pietatem nominis sui: & qui ascēdit
in celos non deserit adoptatos: qui
sedet ad dexteram patris idem tem
habitator est corporis: & ipse deo fi
cōsortat ad patrocinium qui sursum
inuitat ad gloriam. Nec inter vana
igitur nobis despiciendum est nec i
ter aduersa trepidandum: ubi quidē
blandiuntur deceptiones & hic gra

nescūt labores. Sed quia misericor
dia domini plena est terra: adest no
bis usq; uictoria: ut implentur qō
ait. Nolite timere quia ego vici mū
dum. Sine ergo contra ambitiones
seculi sine contra concupiscētias car
nis sine contra hereticorum iacula
dimicemus. Dominica cruce semper
munitur. Nec enī vnq; a paschali se
sto recedimus si a fermento malitie
ueteris abstinemus. Inter omnes
namq; uite huius varietates que di
uersa plene sunt passionū: apostō
lice exhortationis meminisse debe
mus qa nos instruit dicēs: Hoc sen
site in uobis qō & in xpo Jesu: qui cū
in forma dei esset non rapinam arbi
tratus ē esse se equalē deo: sed semet
ipm exinaniuit formā serui accipiēs
in similitudinē hominum factus ē & ha
bitu inuentus ut hō humiliauit semet
ipm factus obediens usq; ad mortē
mortē aūt crucis: propter quod & de⁹
exaltauit illū & donauit illi nomen:
quod ē sup oē nomen ut in nomie Je
su oē genu flectat celestiū terrestriū
& infernorū: & cis gloria confiteatur
quia dominus Jesus xps in gloria
est dei patris. Si magne inquit pie
tatis sacramentum intelligitis: & qō
p salute humani generis vnigenit⁹
dei filius gessit aduertitis. Hoc sen
site in uobis quod & in xpo Jesu: cu
ius humilitas nulli aspernanda di
uitū: nulli est erubescenda nobilius
& Nec. n. in tantū populi pōt quelibet
felicitas humana fastigiū ut estimet
sibi pudendum quod manens de⁹
in forma dei deus: nō ē arbitratus i
dignū. Imitamini: quod operatus
est dilige: quod dilexit: & inuenie
tis in nobis dei gratiam. Vestram i
llo redamate naturam: quoniam si
cui paupertate diuitias non amisit:
gloriā humilitate nō minuit: eterni
tatē morte nō perdidit. Ita nos esse
gradibus ascēdē uestigiis ut celestia
appetend & terrena despicite. Su
scepto enim crucis est interfecta co
piditatum occasio vitioꝝ declinato
uanitatis & abdicatio omnis erro
ris. Nam cum paschā domini non
impedicus: ō luxuriosus non sup
bus celebet: non quarus: nulla tamē
ab hac festiuitate longinquitas bonoꝝ
ci separantur: maximeq; illiq ō ver
bi incarnatione male sentiūt aut ma
nuēdo quod est deitatis: aut euacu
ando quod est carnis. Verus enim
& unus est filius dei totum habēs ex
patre quod est nullo crodio tempo
ral & nulla varietate mutabilis: nec
ab vno diuisus: nec ab omnipoten
te diuersus. Sempiterni genitoris
unigenitus sempiternus: ut merito fi
delis credens in patrem & filium et
spiritum sanctum in eandem unius
deitatis essentiam nec unitatem gra
dibus diuidat: nec trinitatem singu
laritate confundat. Non autem suffi
cit dei filium in sola patris esse natu
ra: nisi cum non recedentem a p
patre cognoscamus in nostris. Eui
nanitio enim illa quam reparationi
impendit humane: dispensatio fuit
miserationis nō priuatio potestatis
Nam cum ex eterno consilio dei nō
esset aliud nomen sub celo datum
hominibus: in quo oporteat saluos
fieri: inuisibilis uisibilem: intempo
ralis temporalem: impassibilis pas
sibilem substantiam suam fecit: non
ut uterus deficeret in infirmitate fecid
ut infirmitas in incorruptibilem pos
set transire uirtutem. Propter qō
ipsa festiuitas que a nobis pascha
nominatur: apud Hebraeos Pha
sech dicit transitus dicitur: ac sic ut

euangelista assit dicente. Ante diem festum pasche sciens Jesus quia venit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad patrem. Cuius autem nature futurus erat transitus ille nulli nostre cum inseparabiliter et pater in filio et filius est in patre. Sed quia verbas et caro una persona est non dividit assumptie susceptum: et bono pro vocabulo nominatur augmentum dicente apostolo quod in carne cognovimus. Propter quod et deus exaltavit illum: et dedit illi nomen quod est super omne nomē. In quo vitas assumpti hominis extra ordinem commendatur: ut in cuius passionibus manet deitas indivisibilis: idem coeternus sit et gloria deitatis.

Ad hanc participationem ineffabilis muneris beatum transiturum fidelibus suis ipse dominus ꝓparabat: eas instanti iam proximus passioni: non solum pro apostolis suis atq; discipulis: sed etiam pro universa ecclesia supplicaret: et diceret. Non pro his autem rogo tantum: sed pro his etiam qui credituri sunt per verbū ipsorum in me ut omnes unum sint sicut et tu pater in me et ego in te: ut et ipsi in nobis unum sint: cuius unitatis nullum potuerunt habere consortiū qui in dei filio deo vero humanam negant manere naturā: Impugnatores salutiferi sacramenti et paschalis festivitatis. Quod quia ab euangelio dissentiunt: et symbolo cōtradicunt nobiscum celebrare nō possūt: quia et si audient sibi christianus nomen assumere ab omni tamen natura cui christus caput est repelluntur nobis in hac solēnitate merito exultant hys piecs gaudētibus: qui nullum recipientes in veritate mendacium nec de natiuitate christi secundum carnem nec de passione ac morte nec de corporali resurrectione ei⁹ ambiguis: quoniam sine ulla separatione deitatis. verum christum ab utero virginis: uerū in ligno crucis uerum in sepulchro carnis verum i gloria resurrectionis: uerum in dextera paterne maiestatis agnoscitis. Unde etiam sicut apostolus ait: Expectamus saluatorem dominum nostrum Jesum christum: qui reformabit corpus nostre humilitatis cōforme fieri corpori gloriae suae. Qui vivit et regnat in secula seculoꝝ Amen.

De Ascēsiōe domini sermo ꝑm⁹.

Est beatam et gloriosam resurrectionem domini nostri Jesu Christi: qua verum dei templum iudaica impietate resolutū viuina in triduo potentia suscitauit: quadragenarius hodie dilectissimi sanctoꝝ dierum expletus est numerus: sacratissima ordinatione dispositus: et ad utilitatem nostre eruditionis impensus: ut dum a domino in hoc spatio mora presentie corporalis extenditur: fides resurrectiōis documentis necessarijs muniretur. Adhuc enim christi multorum discipulorum corda turbauerat de supplicio crucis de emissiōe spiritus de examinati corporis sepultura grauatis mestitudine mentibus quibusdā diffidētie tepor obrepserat. nā cū fēmulieres sicut euangelica pandit historia: reuolutū a monumento lapidē et sepulchri corpore vacuū et viuētis domini testes angelos nūciarēt: verba cū apostolis alijsq; discipulis deliramentis similia uidebant: quā pigra hesitationē hūana infirmitate turantem nequaq; emisset spiritus veritatis predicatorū suorum ineffecto: sibi omnis illa intrepida sollicitudo et curiosa contentio nostre fidei firmamenta tecissent. Nostris igitur perturbationibus nostrisq; periculis in apostolis cōsulebatur. Nos in illis contra calumnias impiorum et contra terrene argumenta sapientie roboramur. Nos illorum instruit aspectus nos erudiit auditus: nos confortauit attractus: gratias agamus diuine dispensationi: et sanctorum patrum necessarie tarditati. Dubitatum est ab illis ne dubitaretur a nobis. Non ergo hi dilectissimi qui interesurrectionem domini ascensionemque fuerūt: ocioso transire debent cursu. Sed magna in eis confirmata sacramenta: magna sunt reuelata mysteria. In ijs metus dire mortis auferunt: et non solum anime fides etiam carnis immortalitas declaratur In his per insufflationem domini infunditur apostolis omnibus spiritus sanctus. Et beato apostolo Petro supra ceteros post regni claues ouilis dominici cura mandatur. In his diebus duobus discipulis tertius in via dominus iungitur. comes: et ad omnem nostre ambiguitatis caliginem detergendam pauētium actrepidantium tarditas increpatur. Flammam fidei illuminata corda concipiunt: et que erant trepida resecrante scripturas domino efficiuntur ardentia. In fractione quoque panis connescentium apperiuntur obtutus. multo felicius corporeis oculis patefactis quibus nature sue manifesta est glorificatio: ꝙ illorum generis nostri principium quibus prevaricationis sue est ingesta confusio Inter hec autem aliaque mirabilia cum discipuli trepidis cogitationibus eluarent: et apparuisset in medio eorum dominus: dixit eis Pax vobis ego hoc remanentes in eorū optionibus: quod volebatur in eorum dubijs. Putabant enim se spiritum videre non carnem. Redarguit cogitationes a veritate fides inge rit dubitantium oculis manenta in manibus suis et pedibus cruce fi gi: ut diligentius pertractentur uulnera. Quia ad sanctificationem eorum uulnera Lanceę et clauorum cicatrices erant seruate testificatus non ubi fides sed conscientia sentiens rem eam naturam in dei patris consortium sanctum quam in sepulchro. Per omnia ergo hoc tempus dilectissimi quod inter resurrectionem et ascensionem domini eratum est: hoc prouidentia dei curauit: hoc docuit hoc ordinem et oculis suis subiecit ut dominus Jesus uere agnoscerentur resuscitatus qui uere erat natus et passus et mortuus. Unde beatissimus apostolus omnesque discipuli qui et de cruce et de resurrectionis ambiguitas sunt in veritate perspecta roborati ut domino in celorum culmina subleuato non solum nulla afferentur tristitia: sed etiam magno gaudio replerentur. Et reuera magna erat et ineffabilis causa gaudendi cum in conspectu sanctorum multitudinis per omnium creaturarum celsum dignitatem humani generis natura conscenderet super ordines angelicos cohortes: et ultra archangelorum altitudines euehenda nec ulli subleuanda nec ulli preferenda nisi eum patris recepta consortium. Gloriosa caro et caritas in thronorum unitas natura copulabat in filio. Quia igitur christi

ascensio nostra est promotio: et quo precessit gratia capitis: eo spes vocatur et corpora. Digne dilectissimi exultemus gaudio: et pia grarum actione letemur. Hodie enim non solum paradisi possessores sumus: immo sicut etiam celorum ciuis christo superna penetrauimus: iam pridem adepti per ineffabilem christi gratiam: qui per diaboli inuidiam inimicum primi habitaculi felicitate decesserunt. Ibi nos corporatos dei filius ad dexteram patris collocauit: cuius quo unit et regnat in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum Amen.

De Ascensione domini eiusdem sermo secundus.

Sacramentum dilectissimi salutis nostre quam precio sanguinis sui vniuersitatis conditor: eterna vita die corporalis ortus usq; ad crucium passionis per dispensationem humilitatis impletum est. Et is multa etiam in forma serui diuinitatis signa reliquerat: propriet tamen illius temporis actio ad demonstrandam susceptu hominis pertinuit veritate. Post passionem uero ruptis mortis uinculis que uiam fuam in eum qui peccati erat nescius intendendo perderat: infirmitas in uirtute: mortalitas in immortalitatem. Contumelia transiuit in gloriam: quam dominus Jesus christus in multis manifestis quibusq; documentis multiplicatis declarauit aspectibus: donec triumphus uictorie quem reportarat a mortuis inferret et celos. Sicut ergo in solennitate paschali resurrectio domini nobis fuit causa letandi: ita ascensio eius ad celos pietatis nobis est materia gaudio: unam celebrantibus illam diem et nicene fidei: quia nature nostre humilitatis in christo super omnem celi militiam supra omnes ordines angelorum et uirtutes omnium altitudinem potestatis ad dei patris dexteram est promotio. Quo ordine operis recta consessum. Quo ordine operis diuinitus nos fundati sumus: ut mirabilior fieret gratia dei cum remotio a conspectu boius que merito reuerentia sui sentiebant inducere: si deus non diligeret: spes non iuuetur et caritas non repelleret. Magna rum eni huic iugo: est mentium et valde fidelium hoc lumen est animorum: incontanter credere que corporeo non uidentur intuitu: et ibi figere desiderium quo nequeas inferre conspectum.

Hec autem pietas unde in nris cordibus nasceret: aut quomodo quisq; iustificaret per fidem si in ys tantum iustus nostra consisteret qua obiuit. Sed subiacerent. Unde et illi uiro qui de resurrectione xpi uidebatur ambigere nisi in ipsius carne uestigia passionis et uulnera explorasset et tacu: quia uidisti me thome credidisti. Beati qui non uiderunt et crediderunt

Et igitur huius beatitudinis dilectissimi capaces esse possimus: expletis omnibus que euangelice predicationis et noui testamenti mysteriis congruebant dominus ihesus Jesus xps quadrageimo post resurrectionem die coram discipulis eleuatus in celum corporali presentie sue modum sedet: mansurus in patris dextera: donec tempora multiplicandis ecclesie filiis prefinita peraguntur: et ad iudicandos uiuos et mortuos in eadem carne in qua ascendit: aduenat. Quod itaque redemptionis nostre conspicuum fuit: in sacramenta transiuit: et ut fides excellentior esset et firmior: uisioni oculorum successit: cuius autoritatem superius illuminata radius credentium corda sequerentur. Hanc fidem ascensione domini auctā et spiritus sancti munere roborata: nō uincula non carceres non exilia non lamine non ignis non tormenta non requisite persecutionis crudelitatibus supplicia terruerunt. Pro hac fide per uniuersum mundū non solū uiri sed etiam femine: nec tantū impubes pueri: sed etiam teneri uirgines usq; ad effusionem sui sanguinis decertarunt. Hec fides demonia eiecit: egritudines curauit: mortuos suscitauit. Unde et ipsi beati apostoli qui tot miraculis confirmati tot terroribus eruditi et atrocitate dominice passionis expauerant: et ueritatem resurrectionis eius non sine hesitatione susceperant: tantū de ascensione domini presumpserunt: ut quicqd illis prius intulerat metum: pertere tur in gaudium. Totam enim cōtemplationem animi in diuinitatem ad patris dexteram considentis crescerat nec iam corporee visionis tarda barbarie obiectu: quo minus in id aciem mentis intenderet: quod nec parte decedendo abfuerat: nec a discipulis ascendendo discesserat. Tūc igitur dilectissimi filius dei filius excellentius sacratiusq; innotuit cum in paterne maiestatis gloriam se recepit: et ineffabili modo cepit esse diuinitate presentior: qui factus est humanitate longinquior. Tunc ad equalem patri filium eruditior fides gressa cepit mentis accedere: et contrectatione in christo corporee substantie que patre minor est non egere: quoniaz glorificati corporis manente natura cofides credentium uocabatur. ubi nō carnali manu sed spirituali intellectu pargatur uiuificus tangeretur. Hinc illud est quod post resurrectionē dominus Marie Magdalene personam ecclesie gerenti: nō ad contactum ipsius properanti: Noli me tangere: inquit: nondum enim ascendi ad patrem meū. hoc est: no quod ad me corporaliter venias: nec ut me sensu carnis agnoscas: ad sublimiora te differo: maiora tibi preparo: cui ad patrem ascendero: tunc me perfectiori: usque palpabis: approbabis quod non tangis: et credis: quod non cernis: cum autem ascendentes ad celos dominū sequaces apostolorum oculi intenta admiratione suspicerent astiterunt eorum ipsis angeli uno mirabili uestitu candore fulgentes: qui et dixerunt. Uiri galilei quid statis aspicientes in celum: hic Jesus qui assumptus est a uobis in celum sic ueniet quemadmodū uidistis eum euntem in celum. Quibus uerbis omnes ecclesie filii docebant ut Jesus christus in eadem qua ascenderat carne uenturus uisibilis crederet: nec posset ambigi: ora illi ec subiecta cui ab ipso corporee nature tales crescit honores. Simul tus seruisset angelicus. Sicut enim concipiendum christum de spiritu sancto beate Virgini Angelus nunciauit sic et eidem de virginee uoce celestium pastoribus cepit sicut resurrexisse a mortuis superne uisionum prima testimonia docuerunt: sic ad iudicandū mundū in ipsa carne uenturum angelorum officia predicauerunt ut intelligeremus quam te potestates sint assumpture iudicatorem cui tante ministrarūt etiam iudicando. Exultemus ergo dilectissimi gaudio spirituali: et digna apud dominum gratiarum actione letitiam liberos cordis

oculos ad illam altitudinem in qua ebriosus sit erigamus. Surgam⁹ ergo cum animos desideria terrena nō depriment ad terrena delectos pe ritura non occupent: viam veritatis ingressos fallaces illec ebrietas nō retar dent: ita a fidelibus hec tempora ita decurrantur: ut peregrinari se in hac mundi valle cognoscāt: in qua etiam si cōmoda blandiantur non amplectenda nequiter: sed transeun da sunt fortiter. Sed hanc esse nos de uotionem beatissimus Petrus apo stolus incitat: secundam illam di lectionem quam pascendis christi ouibus trina dominici amoris pro fessione concepit obsecrās dicit: Ca rissimi obsecro vos tanq̄ aduenas & peregrinos abstinere vos a carna libus desideriis: que militāt aduer sus animam. Cui autē mihi diabo lo carnales militant voluptates: q animas ad superna tendentes com pribilium bonor⁹ delectationibus obligare: & ab illis sedibus de qui bus ille excidit: gaudet abducere

Contra huius insidias sapien ter debet fidelis quisque vigilare: ut et inimicum suum de eo quod tentatur possit elidere. Nihil autem validius est dilectissimi contra dia boli dolos q̄ benignitas misericor die & largitatis: charitatis per quas omne peccatum aut declinatur aut vincitur. Sed huius sublimitas vir tutis non prius apprehenditur q̄ il lud quod ei contrarium est: subru atur. Quid autem tam inimicum mi sericordie & operibus charitatis q̄ auaritia: de cuius radice omnium ma lor⁹ germen emersit. Que nisi in suis fontibus euitetur: necesse est ut in agro cordis illius in quo huius mali planta conualuit: spine potius tribu li q̄ uitiorum q̄ ullum vere virtutis semen oriatur. Resistamus ergo di lectissimi tam pestifero malo: & cha ritatem sine qua nulla virtus potest esse seclenarum per hanc ad nos christus descendit: dilectionis viam etiam nos ad ipsum possimus ascē dere qui est cum deo patre & sancto spiritu bonor⁹ & gloria in secula secu lorum Amen.

De Pentecoste eiusdem sermo primus.

Odiernas so lennitates di lectissimi in p cipuis festis esse veneran dam omnium catholicorum corda cognoscunt. Nec dubium est quāta huic diei reuerentia debeatur: quem spi ritus sanctus excellentissimo sui mu neris miraculo consecrauit. nam ab illo die quo dominus super omnē celorum altitudinem ad dexteram dei conscensurus ascendit: decimus iste est qui ab eiusdem resurrectione quinquagesimus nobis i eo a quo cepit illuxit: magna mysteria in se cō tinens & veterum sacramentorum & nouorum: quibus manifestissime de claratur & gratiam prenunciatā esse per legem: & legem impletam fuisse per gratiam. Sicut enim hebreo quō dam populo ab egyptijs liberato quinquagesimo die post immolatio nem agni lex data ē in mōte Syna ita post passionē qua verus dei agn⁹ occisus est: quinquagesimo a resurre ctiōis eius die i apostolos plebēq̄ credentium spūs sanctus elapsus ē: ōt facile diligēs christianus agnoscat inimica veteris tabernāculi euangelicis ministrasse principiis & ab eodē spū conditū fedus secūdō a quo primū fuerat ifringus. Nā sicut apostolica refert hystoria. Cū complerēt dies Pentecostes: essentq̄ oēs discipuli pariter i eodem loco: factus est repēte de celo son⁹ tanq̄ aduenientis spūs vehemētis: & ipleuit totā domū: vbi erāt sedētes: & apparuerūt illis: dispar tite ligne tanq̄ ignis sedēs: supra sin gulos eor⁹: & repleti sūt oēs spiritu sancto: & ceperunt loqui variis linguis prout spūs sanctus dabat eloqui il lis. Oq̄ vdor ē sermo sapiētie vbi magister est: nō cito discit: qđ docet. Nō ē adhibita interpretatio ad audi endum: non consuetudo ad usum: non tempus ad studiū: sed spirante vbi voluit spū veritatis: propriae sin gulaq̄ gētiū voces facte sūt i ecclesie oz communes. Ab hoc igit die cha rismatum hymnbres fluuia benedic tionum: omne desertū: & vniuersa ari dam rigauerūt: quoniā ad renouan dā faciē terre spūs dei ferebat sup aquas: & ad veteres tenebras abigē das noue lucis fulgura coruscabāt: cū micantium splendore linguar⁹ & uerbū domini lucidū: & eloquiū cōci perēt ignitū cui ad creādū intellectū cōsumendumq̄ peccatus & efficatia illuminādi & uis inesset urēdi. Suauis autē dilectissimi valde fuerat ipsa rei geste forma mirabilis: nec dubiū sit: in illo oium humanarum uocū exul tante cōcentu magestatem spūs sancti fuesse presentem. Nemo tamen existi met in iis que corporeis: diuinas ei⁹ apparuisse substantiam. Natura in uisibilis & patri filioq̄ cōmunis qua liatem muneris atq̄ operis sui qua noluit significatōe mōstrāuit. Pro prietatem uero officie sue in sua dei tate continuit: quia sicut nec patrem nec filium ita nec spiritum sanctum humano potest sensu attingere. In trinitate enim diuina nihil dissimi le nihil impar est: & omnia que de il la possunt substātia cogitari nec na tura nec gloria nec eternitate discre ta sunt. Cum q̄ in personar⁹ proprie tatibus alius sit pater: alius filius: alius spiritus sanctus: nō tamē alia deitas: alia diuersa natura est. Siquidem cum & de patre sit filius vnigenitus: & spiritus patris & filij q̄ sit spiritus: non sicut quecunq̄ creatura que & patris & filij est sed sicut cū utroq̄ vnius & potens & sempiternus & ex eo quod est pater filium q̄ subsistens. Unde cum dominus ante passionis sue diem discipulis in se sancti spiritus sponderet aduētū Adhuc inquit multa habeo vobis dicere: sed non potestis modo illa portare: Cum autem venerit ille spi ritus veritatis: diriget vos in omnē veritatem. Non enim loquetur a se metipso: sed quecunq̄ audiet & loq̄ tur: & futura annunciabit vobis. Omnia que habet pater mea sunt: propterea dixi quia de meo accipiet & annunciabit vobis. Nō ergo alia sunt patris: alia filij: alia spiritus sā cti. Sed omnia quecunque habet pater: habet & filius: habet & spiritus sanctus. Nec unq̄ in illa trinitate non fuit ista communio. Quia hoc est ibi omnia habere: quod semper existere: nulla ibi tempora: nulli gra dus: nulle differentie cogitentur: et si nemo ō co: potest explicare quod est: nemo audeat confirmare quod non est. Excusabilius enim est de natura ineffabili non loqui digna:

ꝯ scribere contrariū. Quicquid ita
ego de scripturis & fabulis gloria pa
trie pia poterit corda colligere: hoc si
mul & de filio & de spiritu sancto ite
parabiliter atq; indifferenter inueni
am. Ideoq; hanc beatam trinita
tem vnū confitemur deū: quia in hac
tribus personis nec substantie nec po
tentie nec voluntatis nec operationis
est ulla diuersitas. Sicut ergo deus
Abraam & Isaac & Iacob non tres
sed vnus deus esse dicitur: ita nec
Spūs etiam Macedonianos paruer
detestamur: qui licet patri & filio ri
deant equalitatē: spiritum tamē san
ctū inferiorē eos putant esse nature. Nō
considerantes in eam blasphemiaꝫ
se incidere que neq; in presenti seculo
neq; in futuro sit remittenda iudicio
dicente domino. Quicunq; dixerit
verbum contra filiū hoīs remittet
ei. Qui autem dixerit contra spiritū
sanctū non dimittet ei: neq; in hoc
seculo neq; in futuro. Permanens
itaq; in hac spirituali fine vera ego
ecclesia eū a te per quē potera cōfi
teri. Hec vsq; quā peruenit ad indul
gentie remediū: qui patrocinia uru
libi nō habet aduocatū. Ab ipso. n.
ē aduocatio pfi ab ipso si labam e
ab ipso sūt genus supplicatū. Et te
mo pōt dicere dominū Iesum nisi i
spū sancto: cuius equalē cū patre &
filio omnipotentiam vnāq; deitatē
cuidentissime pdicebat apostol⁹: oi
cens. Diuisiones autem gratiaꝝ
sunt: idē aūt spūs. Et diuisiones mini
strationū sūt: idē aūt dñs. Et diuisio
nes operationū sūt: idē uero deus: q
operat oīa in oīnibus. Hīs itaq;
dictis multis alijsq; documentis quibus
innumerabiliter diuinor⁹ eloquior⁹
cōstat auctoritas: ad veneratiōē
Pentecostes vna mutuo inuitemur

exultantes in honorē sancti spūs: p
quem oīs ecclia catholica sanctifi
catōis alia rationabo imbuitur. Q
inspirator: fides: doctor: lenimen: so
dalitium: signaculum: salutaris:
totius est causa virtutis. Gaudeant
fidelium mentes: quod in toto mūdo
vnus deus pater & filius & spiritus
sanctus omniū linguaꝝ confessione
laudat. Quodq; illa significatio q
i specie ignis apparuit: opere per
ficerat: & manet. Ipse enim spiritus
perfectos facit domus gloriē luminis
sui nitore fulgere. Et in templo suo
nec tenebrosum aliquid uult esse nec
tepidum: de qua re alias doctrina
etiam testimonium nobis atq; elemo
synaxis est collata purgatio. Nā huic
venerabilis die sequēs salubertime
obseruantie continuatio quam utili
ssimam sibi omnes sancti semper ex
pertū sūt: & ad quā sedulo eleuo: ad
pastoralis nos sollicitudine cohorta
mur si quid maculatum proximis
diebus negligentia incauta contra
xerit id penitus censura castiget: &
deuotio pietatis emendet. Quarta
igit & sexta feria ieiunem⁹. Sabbato
autē i ad pius consueta deuotione
uigilias celebremus. Per Christuꝫ
dominum nostrum Amen

De Pētecoste eiusdē sermo tertius

Leniſſime quidem nobis dile
ctissimi cautam atq; rationem
solennitatis hodierne diuinitus clo
quium textus ostēdit: quo sanctū
spūm quinquagesimo post domini
resurrectionē die qui ab ascensione
eius decimus est insulsum Christi di
scipulis sicut ponsus iperabatur
agnoum⁹. Sed ad nouos Ecclesie
filios instruēdos: addimus est nra

nostri sermonis obsequiū. Nō enim
timemus ut spiritales & eruditi vota
fastidiant: ad quoꝫ fructū pinere
ꝯ plurimis insinuari nolint: q̄ ipsi
cū magna sui veritate didicerūt. Si
ut ergo per corda hominū dispensa
tionē dominor⁹ & seruitutem eius
nostri docti indocteq; non spernāt:
illi ut ꝓbent se amare quod nouunt
isti ut ostendant se desiderare quod
nesciunt. Huic etiam ꝓparationi ve
stre aderit ipsius largitas: de cuius
loqui maiestate gestimus: ut ad ꝓse
cūtōē tot⁹ eccle ie & nos capaces & nos
faciat abūdantes. Cū igitur ad intel
ligendā dignitatē spūs sancti acies
mentis intēdimus nihil diuersū ab
excellentia patris & filii cogitemus.
q̄ in nullo ab vnitate sua discrepat
Diuinitatis essentia. Sempiternū est
patri & sempiterni filii filiū sū esse ge
nitorē. Sempiternū ē filio impassibiliter a
patre esse ꝑ omnia sempiternū quo
qz est spūs scō spiritū esse patris & fi
lii: & nunq̄ pater sine filio: nunq̄ fi
lius sine patre: nunq̄ pater & filius
fuerunt sine spū scō: & oībus existen
tie gradibus exclusis nulla ibi perso
na sit anterior: nulla posterior. Hui⁹
enim beate trinitatis & incommuta
bilis deitatis vna est substantia indi
uisa in operē & concors in voluntate
par in omni potentia: equalis in glo
ria: de qua cū scā scriptura sic loqui
tur: aut in facies: aut in verbis ali
